hypocriſis. Si ſimulauit ſanctitatem
ieiunando orando. elemoſynas dādo
vt liberius peccare poſſet. Si ſimula-
uit amiciciam vt alium decipiat. Si
ſimulat ſanctitatem exiſtens mal9 vt
ſibi elemoſyne dentur. Septima filia
ſuperbie eſt iactantia. Si iactauit ſe d̄
peccato mortl̄i. Si laudauit ſe vt alij
ꝯtēnant̄. Octaua filia ſupbie eſt ꝯten-
tio. Si contendit contra iuſticiaꝫ. Si
verbis clamoroſis. Nona filia ſup-

bie eſt ꝑtinacia. Si nõ acqeuit alioꝝ
ſentẽtijs. ſi nõ obediuit ſupiori. ſi fecit
cõtra ↄſciam. Decima filia ſupbie eſt
ingratitudo. Si ꝑuipendit dei benefi-
cia. ſi nõ retribuit bñfactori. ſi iniuria
tus eſt bñfactori. De ſcdo pctõ mor
tali ſic cõfiteat̃. ſ. de auaricia. qđ fit tri-
pliciter. Prio in acqrendo. Si ꝑ vſu-
ras acqſiuit. ſi ꝑ fraudẽ. ſi ꝑ iniuſtã litẽ
ſi ꝑ indebita munera. ſi ꝑ taxillũ. ſi per
adulteriũ. ſi cõduxit mulierem alicui.
Si fecit artẽ ꝓhibitam vt taxillos car
tam ꝛc. Si habuit nimiã ſollicitudĩeʒ
in acqrẽdo tpalia: relinqndo ſaluti ne
ceſſaria. Scdo auaricia cõmittit̃ in re
tinendo. Si indigẽtib⁹ de ſupfluis nõ
dedit. ſi paupes frigore aut fame mo-
ri ꝑmiſit. ſi alimẽtum putreſcere ꝑmi-
ſit. Si laborantib⁹ aut ſeruis ſoluere
mercedem noluit: aut multum diſtu-
lit: aut eos decepit. Tertio auaricia cõ
mittit̃ in nimio amore rerum tpaliuꝫ
Hui⁹ ſignũ eſt qñ parat⁹ eſt facere qs
cõtra legem dei ne amittat tpalia. Si
res ſuas ſuperflue expoſuit in ludis ꝛ
ornamẽtis ac dlicijs ꝛc. Terciũ mor
tale pctm̃ eſt luxuria: que tripl'r fit. ſcʒ
corde. ore. ope. Primo corde qđ patet
in pmo ſermone. Scdo fit ore. Si lo-
cut⁹ eſt ṽba ad luxuriã incitãtia. ſi ali-
quẽ ſeduxit. ſi cãtilenas amatorias di
xit. Tercio fit ope. Si oſculat⁹ eſt ali-
quem affectiõe carnali. ſi tetigit. ſi mu
nera ei miſit. ſi ſe ornauit intentiõe ſub
uertendi aliquẽ. ſi nimis appetijt viue
re in ſeculo vt voluptati ſue ſatiſfaciat
Si incãtatiões fecit vt amet̃. Quar-
tum mortale peccatum eſt ira. Si cõ-
tra aliquem tenuit rancorem. ſi appe
tiuit vindictam. ſi noluit reconciliari
proximo nec ei loqui. ſi cõtumeliam fe
cit alicui. ſi ꝑcuſſit. ſi mutilauit. ſi occi
dit. Si ſanguinem effudit alicui etiaꝫ
vxori. ſi vituperauit. ſi maledixit. ſi blaſ-
phemauit. ſi diſcordias ſeminauit.

Quintũ peccatuꝫ mortale eſt gula.
Si ꝑuenit horã. ſi nimis laute come-
dit. ſi nimio appetitus ardore. Si in-
ebriatus fuit. ſi aliũ ad menſurã parẽ
bibere coegit. ſi ſcurrilia verba ſuper-
flue potatus dixit. Si fecit vomitum.
vomitus ꝑ ſe nõ eſt peccatũ: ſed aut eſt
ſignũ ebrietatis aut infirmitatis. Si
comedit aut bibit vt poſſit luxuriari.
Si ſecretũ reuelauit. ſi inepte leticie ſe
totaliter dedit. Sextũ peccatũ mor
tale eſt inuidia. Si deſiderauit morteꝫ
ꝓximi aut damnũ. Si contriſtat⁹ de
ꝓximi proſpitate. ſi gauiſus eſt de eius
aduerſitate. Si dixit malũ ꝺ proximo
falſe. Si minuit famaꝫ quãdo lauda-
retur. Septimũ peccatũ mortale ẽ
accidia. Si dimiſit audire miſſam in
feſto propter accidiã. ſi penituit ſe bene
feciſſe. ſi incurrit infirmitatẽ propter te
diũ Si ocioſus fuit. ſi dimiſit bona fa
cere ad que tenet̃. Si negligẽt̃ ſe habu
it circa ſaluti neceſſaria. ſi mens ad illi
cita euagat̃. ſi nõ correxit quos debuit
Si nõ fuit conſolat⁹ tribulatos. Si
fuit negligẽs in addiſcẽdo ſaluti neceſ-
ſaria. ſi nõ dedit conſiliũ petẽti. Si nõ
viſitauit ĩfirmũ. Si opa miſericordie
facere neglexit. ſi dimiſit dicere horas
canonicas. ſi dicendo volũtarie ſe occu
pauit tunc in alio negocio. Si non be
nedixit mẽſam nec gratias reddidit. ſi
celebrauit corã interdictis excõicatis vl'
ſup altare fractũ. aut ſine debitis pamẽ
tis. Si nimis raro celebrauit. ſi cum
euagatõne mentis. ſi ſepeliuit interdi-
ctos vel excõicatos. Si obtinuit bene-
ficiũ ꝑ ſymoniã. Si confeſſiões audi-
uit aut baptizauit vel aliqđ officiũ exe
cutus eſt in mortali peccato. Si nego
cijs ſecularibus ſe occupauit. Si ab-
ſoluit manifeſtos vſurarios. Si neſci
entes ↄfiteri nõ interrogauit aut mo-

dicã diligẽtiã adhibuit. Si celebrauit pncipaliter aut cõfeſſiões audiuit pro pter lucrũ tẽporale. ⁊ cetere hmõi ſunt multe interrogatões que nũc omitto. O clementiſſime deus quis eſt homi nũ q̃ aliqd bo᷑ aut nõ fecit aut facere nõ ꝓpoſuit. Et tñ iſta ſunt mortalia ad plurimũ niſi cito repellant᷑ a corde: q2 tunc ſunt venialia. q2 dicit magiſter i ĩj. di. xxxiiij. ⁊ ſunt verba Hieronymi ꝙ primus pulſus cogitatõis non punit᷑ a deo eternaliter: qd de Geneſi aſſerẽ dũ eſt. Cham enim peccauit irridens nuditatẽ patris ⁊ ſententiã nõ ipe ſ3 fi lius eius accepit. Ait Noe. Maledi ctus Chanaan ſeru⁹ frm ſuo᷑ erit. q̃ eñi iuſticia eſt vt peccauit pater ⁊ filius eius punitus ſit. Sed in myſterio illd dictũ eſt. Ideo in Exodo dñs ait Mo yſi. Ego ſum dñs fortis zelotes viſitãs iniquitates patrũ in filios vſq3 i terciã ⁊ quartã generatõem hȷ́s q̃ oderunt. Prima igit᷑ generatio eſt mot⁹ natu ralis. Secunda motus ſenſualitatis. Tercia cõſenſus. Quarta perpetratio operis. Prima ⁊ ſecũda nõ viſitant᷑ et naliter puniẽda. ſ3 tercia ⁊ quarta. Er go effunde co᷑ tuũ ⁊c̃. vt deus det gra tiam. Amen

De eadẽ dominica
Sermo. xl.

Ecce dimidiũ

bono᷑ meo᷑ dñe do paupi bus ⁊ ſi quẽ defraudaui red do quadruplũ Lu. xix. Hec v̶ba dice bat Zacheus publican⁹ chriſto domi no dñ apud ſe hoſpitaret᷑: ſciens ꝓ cer to ꝙ null⁹ v̶e poſſit penitere ſine reſti tutiõe rerũ ablata᷑. Quod pro bemus tripliciter. ſc3

Primo rationibus
Secũdo autoritatib᷒
Tercio actionib᷒

Primo quidẽ ꝙ nullus vere penite re poſſit abſq3 condigna ſatiſfactõe ꝓ bemus ratõib᷒. Primo ratõe legis na turalis. cuius duo ſunt pcepta. Unu3 negatiuũ ſc3. Qd tibi nõ vis fieri alte ri ne feceris. quod habet᷑ Thob. iiij. Ali ud affirmatiuũ. ſc3. Omnia quecunq3 vultis vt faciant vobis hoĩes ⁊ voſ ea dem facite illis. quod habet᷑ Math. vij. ⁊ Luce. viij. que lex omĩno ſeruan da eſt ab illis qui ſaluari volũt. S3 q̃ detinet alienã rẽ facit alteri qd ſibi nol let fieri. Ergo ſi vellet rem ſuã ab alio detentã ſibi reſtitui ita ⁊ ipe faciat. Se cunda ratio eſt legis charitatis. quili bet eñi ſaluandus debet diligere proxi mum ſicut ſeipm. Math. xxij. Sed q̃ liber ſic diligit ſeipm vt nolit dãnifica ri ſeipm iniuſte. ergo ⁊c̃. Tercia eſt cõ munis equitatis. Nam iuſticie eq̃tas eſt de neceſſitate ſalutis. Iuxta illd pſ. Iniuſti autẽ pibunt. Iuſticia vero ſm Macrobiũ eſt reddere vnicuiq3 qd ſu um eſt. Ergo qui nõ reddit erit iniuſt⁹ ⁊ ꝯ conſequẽs pibit. Secũdo deniq3 ꝙ nullus vere penitere põt abſq3 ſatiſ factõne ꝓbemus autoritatib᷒. Dicitur enim Nũeri. xx. Si quis fuerit furat⁹ ouem aut bouẽ. et occiderit vel vendi derit. quinq3 boues ꝓ boue reſtituat ⁊ quattuo᷑ oues ꝓ vna oue. Et Leuiti. xxiiij. Qui ꝑcuſſerit iumẽtũ reddet ali ud. qui ꝑcuſſerit hoĩem puniet᷑. qui ꝑ cuſſerit animal reddet vicariũ. i. ani mam ꝓ anima. Et Math. xviij. Ob latus eſt ei vnus qui debebat decẽ mi lia talento᷑. Cũ autẽ non haberet vn de redderet iuſſit eũ dñs venundari et vxorem eius et filios ⁊ omnia que ha bebat ⁊ reddi. Hinc. xxiiij. q. vj. Si res ꝓpter quam peccatũ eſt cum reddi poſ ſit ⁊ non redditur penitẽtia nõ agit᷑ ſed ſimulat᷑. Si autẽ veraciter agit᷑ non re mittit᷑ peccatũ niſi reſtituatur ablatũ.

Dominica in paſſione

Tercio hoc pbemus autoritatibꝫ iam pteritis. Nam. ij. Regū. ix. dauid dixit Miſboſeth filio Jonathe. Ne timeas qꝛ faciā in te miſcdiam ꝓpter ionathā prem tuum. et reſtituā tibi oēs agros patris tui Saul. Sed ꝛ in noua lege Zacheus publicanus conuerſus ad xpm: ſciens ꝙ ſine ꝯdigna ſatiſfactione nō poſſit ſaluari: dicebat. Ecce dimidiū bonoꝝ meoꝝ dn̄e do pauperibꝫ ꝛc. In quibus quidem verbis de reſtitutione tria notemꝰ ſalutis documenta in hoc ſermone gratia dei declaranda. ſcꝫ

Primū de reſtitutionis grauedine ibi. Ecce dimidiū bonoꝝ ꝛc.

Scdm de bonoꝝ ablationis multitudine. ibi. Et ſi quem ꝛc.

Terciū de reſtitutiōis ꝓmptitudie. ibi. reddo quadruplū.

Primū itaqꝫ documētū declarandū ex vbis themat notemꝰ de reſtitutionis grauedine. cū dr. Ecce dimidiū bonoꝝ meoꝝ dn̄e do pauperibꝫ. Ex h inſinuatꝛ qꝫ graue ſit homi abdicare a ſe res tpales. Debebat pfecto totū ꝓmittere ꝛ nō tm̄ partē. ſicut Petrꝰ fecerat: qͥ ꝛ dixerat Math. xix. Ecce nos reliqmus oia ꝛc. Un̄ circa reſtitutionis grauedinē tria cōſideremus. ſcꝫ

Primū reſtituentis diſcretionē.

Scdm reſtituētis intentionē.

Terciū reſtitutiōis fructificationē.

Primū dixi circa reſtitutiōis grauedinē ꝯſiderandū reſtituētis rem alienā diſcretionē. ita ꝙ in reſtituēdo ſit prudens ꝛ diſcretꝰ ꝙ ꝯſideret in qnto periculo ſit qꝫdiu retinet aliena. Nam ſm Scotū in. iiij. diſt. xv. q. ij. non licet alienum inuito dn̄o ſuo aliq tempore retinere. Cuius triplex eſt ratio. Prima ex pte dei h pcipiētis. Licꝫ ei affirmatiua pcepta ipſius dei nō obligent ad ſp obligāt tm̄ pcepta negatiua. Et qꝫuis preceptū de reſtitutōne faciēda ſm verba videatꝛ affirmatiuū. implicat tamē aliqd negatiuū quo quis ꝓhibetꝛ detinere alienū. Et ido ſicut auferre alienū eſt mortale contra pceptū dn̄i negatiuum Non furtum facies: ita ꝛ tenere alienū. Et ideo neceſſariū eſt vel ſtatiꝫ actu reddere vel velle reddere cū fuerit opportunū. Secūda ratio huiꝰ eſt reſpectu proximi. quia eadē iniuria ē reꝫ inuito dn̄o retinere ſicut eandem inuito dn̄o auferre. extra de reſti. ſpo. c. ſepe Ubi vltima glo. inquit. Jura p eodeꝫ reputāt auferre ꝛ detinere iniuſte. Tercia ratio eſt reſpectu ſui. quia vt ve poſſit penitere neceſſe eſt vt ſtatiꝫ ceſſet ab actu cuiuſcūqꝫ mortalis culpe: nō tm̄ exteriori ſed etiaꝫ interiori. qꝛ pnia ſm Gre. eſt pterita peccata plāgere ꝛ plangenda iterū nō cōmittere. qd nō fit niſi reſtituatꝛ ablatū. iuxta illd Aug. Peccatū nō remittitꝛ donec reſtituatꝛ ablatū. Sicut enī tenēs adulterā nō eſt capax pnie ſed irriſor. ꝛ ſi talis ad pniam venerit pctm̄ pctō addit. ſic detinēs alienū nō eſt capax pnie. Ex his lucide pꝫ ꝙ hō abſolui nō debꝫ niſi pus aliēa reſtituat iuxta poſſe. tū ꝓpꝛ ꝯtinuatōem qꝛ ꝯtinue ē in mortali pctō donec reddiderit. tū ꝓpter obduratōem qꝛ cōſtat ꝙ q pōt ꝛ nō vult ſtatim reſtituere ꝙ n̄ ſit vere contritꝰ ſed quodāmodo induratus dū nō vult facere ſine q vera penitentia agi nō pōt. tum etiā proptꝛ ligatōem. qꝛ obligatus ad reſtitutōem ſemꝑ ligatus manet ſm iudiciū dei q uſqꝫ reſtituat quantū pōt. Ergo qntūcūqꝫ abſoluatꝛ a ſacerdote abſolutꝰ nō eſt. nullus enī eſt abſolutꝰ quē dn̄s n̄ reputat abſolutū. Unde cecꝰ eſt talꝛ cōfeſſor ꝛ cecum ducit q talē abſoluit. qꝛ expientia clamat ꝙ talꝛ hō omni anno ꝓmittit reſtituere ſꝫ n̄ iplet. nec ſufficꝛ ꝓpoſitū reſtituēdi tali hoī cū pōt redde-

re. ſicut non ſufficit cōtritio de futuro. O deus eterne in q̄nto piculo ſunt retinentes rē alienā. de q̄bus dicit Aug. Tenes aliena teneris a diabolo Uerūtn̄ reſtituēs debet eſſe diſcret⁹ in reſtituēdo aliena. qꝛ ſi in reſtituēdo iminerct periculū mortis capital': infamie: ſcādali: vel mortalis culpe. tunc triplici remedio vtat̄. Pꝛio vt reponat pꝛudēter in domo illi⁹ cuius erat res ablata. Secundo vt reſtituat p intermediū: caute tn̄: ne creditoꝛ ſciat d̄bitorē. Tercio vt ſaltē ſatiſfaciat illi cui⁹ eſt res p donationē. ſic tn̄ q ex mō donādi nullā gratiā expectet. Caueat oīno obligat⁹ ad reſtitutōe3 alicui ne diſtribuat paupibus vl' q̄ſtoꝛib⁹. nec calices de eis fieri faciat. nec pmiſſa ſacerdotib⁹ det. qꝛ n̄ ſatiſfecit. ff. d furt. l. falſus. Si q̄s aliq3 creditoꝛi ſoluit: pctm̄ auget. qꝛ ille q recipit furtū cōmittit. incerta vero pt diſtribuere paupib⁹ ꝛ īfirmis. Scd̄o q3 circa reſtitutōis g̃uedinē ꝯſideremus reſtituentis intentionē. vt vi3 pure intendat reſtituere p ſe ſine dilatōe ꝛ ſine diminutiōe. Pꝛimo inquā intēdat reſtituere ſi fieri poterit bono modo p ſe Sunt nanq3 q̄da3 inſenſati q fratres vel filios ſuos inſtituunt reſtitutores rer malepoſſeſſar cum p ſe reſtituere poſſint. putant ſtulti alios facere p ſalute aīe ſue qd̄ ipſi nō fecerunt: cū tn̄ illi minus faciūt. De q̄b⁹ dicit xp̄s Lu. vij.c. Eadem menſura qua menſi fueritis remetietur vobis. ꝛ ita non ſolum ſibi ſed etiam filijs ſunt cauſa damnationis. Scd̄o debent vere penitentes reſtituere aliena ſine dilatione. iuxta illud Leui. xix. Nō remanebit op⁹ mercennarij tui apud te vſq3 mane. Sed ꝯ hoc miſeri excecati cupiditate dū infirmant̄ ꝓponūt reſtituere ſi ꝯtingat eos mori. Uel q̄dā nec ſibi faciūt ꝯſciētia3 de retētione teſtamēti vel rei aliene cogitantes q tpe mortis oīa bn̄ oꝛdinabunt. ꝛ ſic in periculo viunt ꝛ piculo ſe expoſuerūt cum neſciant ſi tunc habebunt facultatē id faciēdi. Tercio reſtitutio debet fieri ſine diminutiōe. nam ſunt nōnulli q bn̄ poſſent ſoluere ſed aut p ſe aut p interpoſitā pſonā ꝯueniunt cū creditoꝛib⁹ defalcātes de p̄cio et illi q̄nq3 timoꝛe ꝯſentiūt ne oīno pdant q tamē integre tenent̄ reſtituere. O deus iuſte ꝛ q̄s reſtituit. Sic multos videmus male auferre aliena: tamen vix vel neminē integre reſtituentē Et que eſt iſtoꝝ pnia niſi dei veri magna irriſio. Tercio circa reſtitutōis grauedinē ꝯſiderem⁹ reſtitutōis fructificationē. Nā licet graue ſit cupido reſtituere aliena ꝓpter inoꝛdinatū amorē ad ea: tn̄ ſi ꝯſiderat reſtitutionis fructus facili⁹ reſtituere poterit. cui⁹ tres ſunt fructus. Pꝛim⁹ eſt q̄a hō obligatus ad reſtitutiōe3 cū ꝓpoſito nō reſtituendi eſt captiuus diaboli. iuxta illd̄ Tenes aliena teneris a diabolo. ſed p reſtitutionē liberabit̄. qd̄ ē magna vtilitas imo maxima. quia p̄cellit totu3 mūdi theſaurꝝ. Hinc ſaluatoꝛ Mat. xvj. Quid eni pdeſt homini ſi mundū vniuerſum lucretur: anime vero ſue detrimentum patiat̄. Scd̄s fructus reſtitutiōis eſt. quia reſtituunt̄ ſibi eccleſiaſtica bona. anteq̄3 ei reſtituebat aliena a bonis ſpūalibus fuerat excluſus puta nō habebat ptē in miſſis: in oꝛationib⁹: in elemoſinis: in ieiunijs ꝛc. ſ3 poſtea de oīb⁹ cōicabit. iuxta illud pſ. Particeps ſum ego oīm timentiu3 te Terci⁹ fructus eſt reſtitutiōis. qꝛ miſericoꝛs deus reſtituet poſt hanc vita3 eternā hereditatem: angeloꝝ ſocietatē. dicendo ei illud Iudicū. j. Sicut feciſti fiet tibi. qꝛ tu retribuiſti aliēa reddā tua. Scd̄m documētū ex pmiſſis themat' verbis ꝯſiderādū erit de ablatōis

bonoꝝ multitudīe. hoc est. ꝙ mlti ali/
oꝝ bona sibi iniuste vsurpāt. cū dicit.
Si quem defraudaui. Hec eñ pestis
adeo inundauit ꝛ ꝑualuit vt vix in ci/
uitate inueniant̄ q̄ in ꝓximū fraudem
nō cōmittāt. M Bñ q̄ppe nunc
habet locū illud ps. Nō defecit de pla
teis vsura ꝛ dolus. Et illō. Oēs decli/
nauerūt simꝰ iutiles facti sunt. Vñ de
mltꝭ aliq̄s sp̄ales notemꝰ. ꝛ sūt sex. s.

Primi sunt ꝯtumeliantes.
Secundi sunt furātes.
Tercij sunt rapientes.
Quarti sunt detrahētes.
Quinti sunt perimētes.
Sexti sunt scādalisantes.

Primi nanq̄ q̄ ꝓximū defraudant et
obligant̄ ad restitutionē sunt ꝯtumeli
antes. et sunt illi ſm san. Tho. ij. ij. q.
lxxij. q̄ cōtra honorem alteriꝰ iniuriose
pctm̄ ꝓximi deducūt in noticiā alioꝝ
corā ipso. vt dicēdo. tu male fur. tu pes
sime latro. Conuicium vo differt a ꝯtu
melia. qꝛ ꝯuiciū est qñ ꝓfert q̄s coram
alijs defectū nature. vt dicēdo. tu cece.
tu claude. tu gibbe ꝛc̄. Et si talia quis
obijcit ꝓximo corā alijs aīo iniuriādi:
peccat mortalr̄ ꝛ tenet̄ ad restitutionē.
iuxta illō saluatoris Math. v. Si of/
fers munꝰ tuū ad altare ꝛ ibi recorda/
tus fuerꝭ qꝛ fratr̄ tuꝰ habꝫ aliq̄d aduer
sum te: relinq̄ ibi mūꝰ tuū ꝛ vade pꝰus
recōciliari fratri tuo. Q, aūt talibꝫ ver
bis frater offendat̄ docet ibidē ipsa ve
ritas dī. Quicūq̄ dixerit fratri suo ra/
cha reꝰ erit ꝯcilio. q̄ dixerit fatue reꝰ erit
gehēne ignis. Racha vo est interiectio
irascentis. sicut si diceret̄ vaya. Si vo
eadē vba dicat non aīo iniuriādi sed
causa docēdi: non erit pctm̄. sicut xps
Lu. vl. dixit discipulis. O stulti et tar/
di corde ad credendum. Similr̄ non
erit peccatū mortale si dicat animi le/
uitate vel leui ira ad contristandū le/
uiter. quia ſm sanctū Tho. vbi supra
in peccatis verboꝝ maxime attenden/
dum est quo affectu vba ꝓferant̄. Ve
runtñ magna discretio est adhibenda
in talibꝫ vt hō moderate ꝓferat verba
ad irā ꝓuocantia etiā in ludo seu ioco
qꝛ possent verba taliter dicta esse tam
grauia ꝙ etiam ꝑter dicentis intentio
nē auferrēt honorē illi cui diceret. ꝛ sic
nō carerēt culpa. sicut grauiter ꝑcutiens
in ludo nō caret culpa. ꝛ tūc tenet̄ ꝯui/
ciator ad restitutionem vltra pctm̄. vt
ſm Lyrā p se vel p interpositā ꝑsonā
diceret culpā cōtumeliato. vel saltē si/
gna equalētia ei oñdere. nisi dep̄hēdat
ꝙ ꝯtumeliatus ei remiserit. puta qꝛ ri
det cū eo ꝛ hmōi. O deus oīpotens ꝙ
arta est via salutꝭ. ꝛ q̄s facit hec. Certe
mltos videmus calūniantes sed val/
de paucos satisfacientes. Putāt mise
ri ꝙ postq̄ ꝯfessi fuerint statim ab oī/
bus restitutōibꝫ liberi erūt. Scdi q̄
defraudant ꝓximos ꝛ tenent̄ ad resti/
tutionē sunt furantes: q̄ occulte rē ali/
enā auferunt inuito dño. Et tales licet
sint mlti tñ potissime q̄nq̄ genera ho/
minū solent cōmittere furtū. Primi
sunt filij vel filiefamilias q̄ auferūt de
bonis parentū notabilē rem contra
eoꝝ voluntatem: qui peccant mortali
ter ꝛ tenent̄ ad restitutionē ſm Ray.
Secundi qui furtum cōmittūt sunt
vxores que si contra voluntatē viroꝝ
suoꝝ in notabili quantitate siue de pe
cunia siue de substantia expendunt in
consanguineos suos. vel in suis vani
tatibus vl̄ in pios vsus. puta dederit
pauperibus: tenentur ad restitutionē
exceptis octo casibus. Primus est qñ
dāt de pane vel de vino in parua quā
titate. Secundus est qñ mulier est lu/
crosa sciens aliquā artem ꝛ exercēs vl
tra gubernationem domus: de illi/
us artis lucro potest alijs subuenire.

Tercius ē qñ mulier hab; res paser/
nales. vtputa ſucceſſiões hereditarias
ſiĉ villā caſtꝝ vineā domū ꝛc. Quar/
t⁹ ſm Petꝝ ð palude in.iiij. ē ad vitā/
dū dānū. mlier eñ hab; ꝓprietatē in bo
nis cōib;. ꝛ iō ſi p negligētiā viri videat
ſibi iminere piculū pōt ipa obuiare ſi
cut Abigail dauid.j. Reg. xv. Quītus
eſt ſi vir pegrinus taxatas pecūias vel
res alias dedit vxori. Sext⁹ ē ſi vir ſit
fatuus tūc diſpēſatio dom⁹ ptinet ad
vxorē: niſi p ſupiorē aliť fuerit ordiatū
Septimus eſt ſi vir abſens nō poſuit
aliū diſpenſatorē ſue domus loco ſui.
Octauus eſt ſi quis eſt ꝯſtitut⁹ ī extre/
ma neceſſitate illi vxor pter volūtatē
viri pōt ſubuēire. ꝛ ī iſtꝭ caſib; nō teneť
ad reſtitutōe; ſ; ī alijs bñ. Tercij q̄
furtū ꝯmittūt ſūt deceptores ꝛ frauda
tes. puta diſcipuli cuiuſcūq; artꝭ ma/
giſtros ſuos cū ꝯ eoꝝ volūtatē auferūt
de pecunia vľ venalib; reb; teneť ad re
ſtitutōe;. S; d. ille q̄ nō pōt rē ſuā re/
habere ab aliq̄ p viā iuris nūqd poťit
ſibi ſoluere p occultū furtū. Reſpōdet
Henric⁹ de gādauo in q̄lib; ſuo ꝙ taľ
nō peccat ex quo nō pōt p aliā viā recu
pare. Sed aduertēdū ꝙ ipi⁹ dictū eſt
intelligendū niſi occurrat aliqđ iſtorū
piculoꝝ. Primū eſt ſcādali fraterni. q2
ꝓximo innocēti p furto poſſit imponi
q̄ culpā nō haberet. Scđm eſt ꝓpe in/
famie qua q̄s fur de facili poſſit credi.
Terciū piculū ē ꝓpe pſone q2 ſi hoc p
teſtes ꝓbareť tāq; fur iuſte puniri poſ
ſet. Quartū piculum eſt ipius aīe. q2 ſi
dareť ſibi iuramentū ſi abſtuliſſ; rem
ablatā. aut ſi ſciret q̄ eā recepiſſet de fa
cili piuriū incurri poſſ;. ꝛ ideo ſtatutū
eſt ne liceat cuiq; facere ſibi iuſticiā. C.
ne q̄s in cauſa ꝓpa. l. j. Jn duob; tñ ca
ſibus pōt recupare ſua. Pⁱo ſi ē diſpē
ſator debitoris. Scđo ſi res aliq̄ debi/
toris ad ipm venit p aliā viā. Quarti
q̄ furtū ꝯmittūt ſunt q̄ re accōmodātā
vtunť ad aliū vſū ꝯ volūtatē cōmodā
tis. puta q2 equ⁹ cōmodat⁹ eſt vt iret ī
villā ꝛ ipe duxit in bellū. et taľ tenetur
ad reſtitutōem Quīti q̄ furtū ꝯmittūt
ſūt q̄ res inuētas ſibi retinēt. de quibus
Aug. et habeť. xiiij. q. v. Si quid inue/
niſti ꝛ non reddidiſti rapuiſti. Ter/
cij qui defraudāt ꝓximū ꝛ teneť ad re
ſtitutionē ſunt rapiētes ſicut latrones
ꝓdones. ꝛ tales peiores ſunt q̄ fures.
q2 fures occulte auferūt bona. latrōes
ꝟo cū violētia ſm pħm. v. ethicoꝝ. q̄ꝓ
oēs ꝯſiliarij et fautores ſine q̄b; nō fu/
iſſet ꝯmiſſum latrociniū obligant ad
reſtitutōnem. et breuiter tā vſurarij q̄
alij q̄ poſſidēt rē alienā obligāť redde/
re. Quarti q̄ defraudāt ꝓximū ꝛ te/
nenť ad reſtitutiōem ſūt detrahētes q̄
famā infamāt vel minuūt ſiue ꝟbis ſi
ue factis: puta ſcꝑtis. ꝛ illi pl⁹ peccant
q̄ fures vel ꝓdones. q2 mai⁹ dānū iſe/
runt. Vñ puer. xxij. Meli⁹ eſt nomen
bonū q̄ diuitie multe. Mai⁹ certe bo
nū eſt qđ eſt ī nobis q̄ qđ eſt extra nos
S; bona fama in nobis eſt. ſuba ꝟo
tpalis extra nos. q̄ q̄lib; maxime teneť
ad reſtitutōem fame ſm formā in alio
ſmōe exꝑſſatā. Verūtñ ſm oēs doc. in
iiij. di. xv. non teneť reſtituere in ſepte;
caſibus ¶ Primus quādo ſeq̄re
tur maior infamatio. vtputa q2 forte
iam ampli⁹ nō recordanť de illo ma/
lo quod detrahēs dixit. ꝛ ſi ſatiſfaceret
renouaret. ꝛ ꝓpterea ſi vult oīa reſtituere
dicat. de eo malo qđ dixi nō credatis.
nec exꝑmat malū. Scđs caſus eſt qñ
reſtitutio nō poſſet fieri ſine picľo mor
talis pctī vľ mortꝭ corpaľ Terci⁹ caſus
eſt qñ dixit hijs q̄b; debebat. puta pla
to q̄ potuit ꝓdeſſe ꝛ nō obeſſe. Quart⁹
caſus eſt qñ talia dicta de ſui natura
non erāt infamatoria quia poterāt in/
terpretari in peccatum veniale. Quīt⁹

caſus eſt qñ dixit ſe audiſſe nihil aliud addendo ex quo credulitatem faceret. quia dicit Sap. xix. Qui cito credit leuis eſt corde. Sextus caſus eſt quãdo ille cui dixerat ſciuit ꝑ aliam viam vtputa qḋ tũc fuit ſecretũ nũc eſt publicatũ ꝑ alios. Septimus caſus eſt qñ ille ſe diffamauit faciendo peccatũ publice de quo peccatũ in ſui abſentia narrat. Quinti q̄ defraudãt primũ et tenent ad reſtitutionẽ ſunt ꝑimẽtes ſiue occiſores ꝛ homicide vel vulnerãtes ſeu mutilantes. vt patet in alio ſermone. Sexti q̄ defraudãt ꝓximũ et tenent ad reſtitutionẽ ſunt ſcandalizãtes qui alijs malũ exemplũ ꝓbẽt. de quibꝫ dixit chriſtus Matth. xviij. Ue illi ꝑ quem ſcandalũ venit. Quidã eñ ſcandalizant alios auaricia. ſicut vſurarij ꝛ luſores. q̄daꝫ luxuria. ſicut mulieres meretriceo ornatu incedẽtes ad capiendas aïas. Quidã ſcandalizãt ira ſicut illi qui odium retinẽt ꝛc. q̄bꝫ plenus eſt mundus iſte. et niſi deſiſtãt eternaliter ꝑibunt. Iuxta illud Greg. Tot mortibꝫ quiſqꝫ dignus eſt quot poſt ſe prauitatꝭ exempla reliquit. Ergo de auaricia ſatiſfaciat elemoſinaꝝ largitione. de ſupbia ſui humiliatiõe. de luxuria pudicicia. ꝛ ſic de alijs.

Terciũ documentũ ex ꝑmiſſis thematis verbis conſiderandũ erit de reſtitutionis ꝓmptitudine: cum dicitur Reddo quadruplũ. Debet nanqꝫ qlibet vere penitens reddere de peccatꝭ q̃druplum. puta debet ſatiſfacere deo ꝑ ↄtritionẽ. eccleſie ꝑ abſolutiõeꝫ. ꝓximo ꝑ reſtitutionẽ. ſibi ꝑ condignaꝫ ſatiſfactionem. Si ſic facit tũc deus miſericors ei hic grãm ſuaꝫ preſtat ꝛ in futuro gloriã. Ad quã ꝑducat nos ꝛc.

Dominica in paſſione
Sermo. xli.

Quis ex vobis arguet me de pctõ. Si veritatẽ vobis dico quare nõ creditis mihi. Joh. viij. ꝛ in euãgelio. in q̃ ſapia dei pris malignis iudeis ſe ꝓponẽs q̄ſi optimũ magiſtrũ ꝛ quodlibetariũ ſcientẽ de oibꝫ rñdere di. Quis ex vobis arguet me ꝛc. Ubi euãgeliſta tria inſinuat de chriſto. ſcꝫ

Prĩo ꝙ ſuã veritatẽ ꝓclamauit
Scdo ꝙ iudaicã ꝑuitatẽ ſedauit.
Tercio ꝙ ſuã pñialitatẽ celauit

Primo inqꝫ ſaluator ſuã vitatẽ ꝓclamauit di. Quis ex vobis arguet me d̄ peccato. Nam ſm Hiero. triplex ẽ vitas. vicꝫ vite doctrine ꝛ iuſticie. Ueritas vite ↄſiſtit in vtutũ opatõe. puta hũilitate. patiẽtia: caſtitate: miſericordia ꝛc. ꝓuer. xiiij. Miſericordia ꝛ vitas non te deſerãt. Et Thobie. j. dicit ꝙ in captiuitate poſitꝰ viã veritatis nõ deſeruit. Ueritas vo doctrine conſiſtit in loqñdo ſiue docẽdo ſiue exhortãdo. de q̃ dr Zachar. viij. Loqmi vitatẽ vnuſqſqꝫ cum ꝓximo ſuo. Ueritas autẽ iuſticie ↄſiſtit in eq̄tate iudicãdi. De qua Eſa. xvj. Prepabitur in miſericordia ſoliũ eius ꝛ iudex ſedebit ſup illud in veritate iudicans ꝛ querẽs iudiciũ. ꝛ velocit reddens qḋ iuſtũ eſt. Et ideo aliqs doctor nõ audit. aut qꝛ nõ habꝫ vitatẽ in ope ſeu vita qꝛ peccator eſt. aut quia ñ habet veritatẽ in doctrina quia falſuꝫ docet. aut non habet veritatẽ in iuſticia qꝛ iniuſte procedit. Sed ſaluator hec omnia excludit dicẽs. Si veritatẽ dico quare nõ creditis mihi. quaſi di. Non ex parte mea eſt defectus quia me non auditis ſed ex parte veſtra. quia q̃ ex deo eſt verba dei audit. ꝓptea vos ñ auditis quia ex deo non eſtis. Super quo beatꝰ Gregoriꝰ. Si enim verba dei audit qui ex deo eſt et audire ver/

ba eius nō pōt qſquis ex illo nō eſt. in/
terroget ſe vnuſqſqȝ ſi vba dei in aure
cordis pcipit ꝛ intelliget vñ ſit. celeſteȝ
patriā deſiderare veritas iubet: carnis
deſideria cōterere: a mūdi glia declia/
re: aliena nō rape: ꝓpria largiri. Penſet
vnuſquiſqȝ veſtꝝ apud ſe ſi hec vox dī
in cordis aure cōualuit. ꝛ qa iā ex deo
ſit cognoſcit. Ueritatē eīn xps dixit vi/
te dum de omni vbo ocioſo reddēdā
rationē dixit Math. xij. Item veritatē
doctrine dixit dum vita ꝛ miracul' cō/
probauit. Ueritatem iuſticie dixit duȝ
remunerationē aut punitionē ſine pſo
naꝝ acceptione vnicuiqȝ reddendā re/
promiſit Math. xvj. Sed veritati vi/
te cōtradicūt ſupbi auari guloſi luxu/
rioſi ꝛc. Ueritati doctrine cōtradicunt
mendaces ꝛ fallaces. Ueritati iuſticie
cōtradicūt obſtinati ꝛ negligētes q̄ no
lunt attendere venturā dei irā q̄ ꝑfecto
non ſunt a deo per gratiam: q̄les erāt
iudei. Secundo ſaluator iudaicaȝ
ꝑueruitatem ſedauit. Iudei eīn vt hec
a chriſto audierūt cōturbati ſunt val/
de ꝛ reſponderunt. Nonne bñ dicim⁹
nos quia ſamaritanus es ꝛ demoniū
habes. Rñdit Ieſus cum manſuetu/
dine ad tale iniurioſum verbuȝ. Ego
demoniū nō habeo ſed honorifico pa
trem. q. d. Ego ſum fili⁹ dei. nō habeo
demoniū ſed vos q̄ inhonoraſtis me.
Sed hec pijſſimi ſaluatoris verba ne
ꝑuipenderēt iudei dixit vtilitatē ſui ſer
monis dī. Amē amē dico vob ſi qs ſer
monē meū ſeruauerit mortē nō guſta
bit in etnū. Ad hoc reſpōderunt iudei.
Nūc cognouim⁹ qꝛ demoniū habes.
qſi dī. Pri⁹ ſuſpicabamur ſed nūc ī tu
is vbis cognouim⁹. Quia abraā ꝛ ꝓ/
phete mortui ſūt ꝛ tu dicis. Si qs ſer/
monē meū ſeruauerit ꝛc. nunqd tu il/
lis maior es. Ieſus aūt ait ipſis. Abra
am pater veſter exultauit vt videret di
em meū. Ac ſi dicat. certe maior ſum.
qꝛ abraam exultauit vt ꝯgnoſceret di
em incarnatōis mee. cognouit in lim/
bo ꝛ gauiſus eſt. Ecōtra iudei obiece/
runt dicētes. Quinqginta annos nō/
dū habes ꝛ abraaȝ vidiſti. Bñdictus
ieſus erat. xxxiij. annoꝝ. ſed ꝓpter labo
res apparebat ꝙ eſſet ꝓpe qnqgeſimū
annū. Rñdit ieſus. Amen amen dico
vobis anteqȝ abraam fieret ego ſum.

Tercio ſaluator ſuā preſentialitatē
celauit dum iudei tuliſſent lapides vt
iacerent in eū. ipſe abſcondit ſe ꝛ exiuit
de tēplo. Ieſus eīn aliqñ fugiebat. ali/
qñ occurrebat. aliqndo ſe occultabat.
dans exemplū ſuis vt fugerent prela/
tionis ambitionem. Ioh. vj. Dum co
gnouiſſet ꝙ eum regem facerēt fugit.
occurrit vo crucifixorib⁹ Math. xxvj
Surgite eamus. ſ. obuiā eis. Abſcon/
dit ſe a furētib⁹ iudeis (ſicut hic) vt oc/
caſionē furēdi ab eis ſubtraheret: ſicqȝ
nos doceret. Dicit igit̄ Quis ex vob ar
guet me de peccato. Unde in pſenti ſer
mone tria notemus de fraterna corre
ctione ſalutaria documenta. ſcȝ

Primo correctionis fraterne mo/
dificationem.

Secundo correctionis fraterne diſ
ſimulationem.

Tertio correctōis frīne fructificatōēȝ

Prīo dixi ꝙ notem⁹ fraterne correctio
nis modificatōeȝ. quō vicȝ ficda ſit de
linqntiū correctio an pię: an dure: a q̄/
libet vel ſolum a plato. ¶ Pro q̄
ſciendū ꝙ hoīes q̄ alios habent corri/
gere ſunt in triplici differētia. ſcȝ

Prīo qdā ſunt in ſtatu platiōis.

Scdo qdā ſūt in ſtatu ſubiectionis

Tercio quidā ſunt ī ſtatu eqlitatis

Prīo dixi ꝙ quidā ſunt qui alios de/
bent corrigere in ſtatu plationis. ꝛ iſti
tenent̄ ſubditos corrigere ſi delinquūt
alās damnabuntur ſimul cum ſuis

ſubditꝫ. qꝛ Ezech. iij. de eis dꝛ. Si dicē/
te me ad impiū morte morierꝫ. ſ. ꝑ tua
ſupbia auaricia luxuria ⁊c̄. ⁊ tu n̄ an/
nūciauerꝫ ei neqꝫ locutus fuerꝫ ſi i iniq
tate ſua morieť: aīam eiꝰ de manu tua
reqrā. Oia igiť pctā que plati pñt cor/
rigere ⁊ nō corrigūt ipſis imputabun
tur ⁊ ꝑ eiſdē etiā ſi al's iuſte viuāt dam
nabunť. Quia dic̄ Gre. in regiſtro. Cū
in ſubdito pctm̄ nō corrigiť in eos q̄ p̄
ſunt pctm̄ retorqueť. Idē Tot pſonas
occidimꝰ q̄t ad mortē ire q̄tidie tepidi
⁊ tacētes videmꝰ. O deꝰ ec̄ne q̄ꝫ tremē/
dum onꝰ eſt officium platōis his qui
credūt iudicium futuꝝ. qꝛ dꝛ Sap̄. vj.
Iudiciū duriſſimū fiet his q̄ preſunt.
Vn̄ legiť de ſacerdote Heli. j. Reg. iiij
q̄ qꝛ nō correxit filios ſuos iniq agen/
tes punitꝰ eſt hic ꝑ mortē tpalem. qꝛ ca
dens retrorſum de ſella fracto ceruice
expirauit ⁊ dānatꝰ eſt. Nō inuenimus
aliaꝫ cauſam niſi ꝙ filios ſicut debuit
non correxit. Prelatus ſicut tenetur
ad correctiōeꝫ ita obligať vt in corrigē
do habeat debitū modū ⁊ diligētiā. qa
ibi agiť medela aīe creature nobiliſſi
me, q̄ ſi nō agiť vt oportet occidiť etna
morte. Debet igiť platꝰ corrigere ſubdi
tos tripl'r. Pꝛio cū lenitate. qꝛ dꝛ Gal'.
vj. Inſtruite hmōi in ſpiritu lenitatis
Animꝰ em̄ delinq̄ntꝫ eſt ſupbꝰ. ⁊ ido cū
q̄s ei ſupbe loquiť nō emēdať. ſed po/
tiꝰ intumeſcit in irā. iuxta illud Pro/
uer. xiij. Int̄ ſupbos ſp iurgia ſūt. Eſt
em̄ animꝰ ſupbi ſic maturꝝ vlcus. qd
plane debet palpitare q̄ vult ſaniē edu
cere. Debet igiť platus dicere. Chariſſi
me fili deſidero ſalutē tuā ⁊ honorē ⁊c̄.

Scdo platꝰ debet corrigere cum di
ſcretiōe. qꝛ aliť ſunt corrigēdi maiores
⁊ aliť mediocres ⁊ aliť minores aliter
paupes. qꝛ q̄d ỽbū vnū edificat idem
ỽbū aliū deſtruit. vn̄ Gre. dic̄ ꝙ ad ſi/
bilū equꝰ māſueſcit ⁊ canis latrare in/
cipit. Tercio platꝰ debet corrigere ſi
ne mortali crimīe. Naꝫ platꝰ exiſtēs in
mortali crimīe etiā occulto peccat cor/
ripiēdo ſubditos vel etiā q̄cq̄d aliō ꝑ/
prij officij exequať. Qd probať tripliti
rōne. ſcꝫ rōne abuſiōis. rōne p̄ſumptio
nis. ⁊ rōne ꝑturbatiōis. Pꝛio ꝙ platꝰ
corripiēs ſubditū in mortali peccet ꝓ/
bať rōne abuſionis ſic. Qui abutiť. i.
indigne vtiť officio ſuo: peccat. ſed pla
tus exiſtēs i pctō mortali etiaꝫ occulto
cū aliū corripit abutiť officio ſuo. qꝛ i/
digne ⁊ iniuſte corripit. Vn̄ Amb. i pa
ſtorali. Qui inq̄t cordis ſui domū nō
valet excolere: quō adhibebit diligēti/
am pl'imoꝝ. Et q̄ p cti trabeꝫ de oculo
ſuo nō pōt eruere: quō ab alteriꝰ ocl'o
feſtucā poterit amputare. Et ſaluator
Math. vij. Quō dicꝫ fratri tuo. frater
ſine eijciā feſtucam de oculo tuo ⁊ ecce
trabs in ocl'o tuo eſt. hypocrita eijce p̄/
mū de oculo tuo trabē. ⁊ tūc poterꝫ eij
cere feſtucā de ocl'o fratrꝫ tui. Secūdo
hoc ꝓbo rōne p̄ſumptiōis ſic. Qui iu/
dicat pctā ſua parua ⁊ aliena magna
cū ſit oppoſitū: non recte iudicat. Sed
platꝰ pctōr ꝓꝓria pctā ꝑuipēdens p̄fert
ſeipm̄ ꝓrio. ⁊ eiꝰ pctā cum ſeueritate iu
dicat. ẜ peccat. Tercio idē ꝓbo rōne ꝑ/
turbatōis ſic. Quicūqꝫ actiue ſcādali/
ſat peccat. iuxta illud Math. xviij. Ve
hoī illi ꝑ quē ſcandalū venit. Sꝫ h̄ fa/
cit platꝰ pctōr aliū corripiēs. qꝛ ex h̄ ſe
quiť ſcādalum ⁊ aliorū ꝑturbatio. eo
ꝙ tunc non ex charitate ſed magis ad
oſtentationē videť corripe pctōrem. ꝓt
tn̄ platꝰ pctōr ad monere ſubditos cū
memoria ꝓꝓrie fragilitatꝫ et charitate
fraternitatꝫ dicēs. Chariſſime nō cures
de exēplo meo p̄uo ſed inciteris exēplo
xpi. nō em̄ tu redditurus es de mea ne
gligētia rōnem. ſed certe ego de mea et
tua. Videas igiť chariſſime ne ⁊ me et
te oneres. Sed di. quare tam caute et

secrete est in correctione pcedendū. Re
spōdet Lyra sup illō Math.xviij. Si
peccauerit in te frater tu⁹. Et Tho.ij.
ij.q.xxiij.ꝙ ideo q꞉ cū q̄s peccat illō no
cet aīe.ꝛ si publicat̃ nocet fame. Cū au
tē q̄s pdit famā efficit̃ inuerecūdus ad
peccandū. Sicut igit̃ prudēs medic⁹
conat̃ sanare vnū mēbrū sine lesiōe al/
teri⁹ mēbri. Sic correctoꝛ debet cona/
re vt sanet̃ aīa sine lesione fame si fieri
pōt. Si aūt frat̃ p secretā correctionē
nō emēdat̃ tūc poti⁹ est diligēda aīa q̄
fama vt corā duobꝫ vel tribꝫ corrigat̃
Si aūt nec sic emēdat̃: tūc fama ē abij
cienda ꝛ aīa custodiēda. sicqꝫ in publi/
co peccōꝛ corrigat̃. Si ṽo pctm̄ ē publi
cū tūc correctio debet fieri publice. iu/
xta illud.j. Thim.v. Peccantē coram
oibꝫ argue vt ceteri timorem habeant
Scdō q̄ alios debēt corrigere sunt in
statu subiectōis. ꝛ tales vt dicit sanct⁹
Tho vbi s̄. nō debēt corrigere suū pla
tū correctiōe illa q̄ est act⁹ iusticie. vicꝫ
infligēdo penā ṽbis aut fact̄. ꝭm illō
ij. Thim.iiij. Senioꝛeꝫ ne increpaueris
sed obsecra vt patrē. Et sic pōt ī occul/
to cū māsuetudine reuerētia ꝛ charita
te euꝫ monere. In duobꝫ tn̄ casibꝫ pōt
subdit⁹ platū suū corrigere publice co
ram mult̄. Primo si p pctm̄ plati im
mineret piculū fidei. vn̄ et Paulus q̄
erat subdit⁹ petro ꝓpt̄ imminens picu
lū scādali circa fidē ipm petꝝ platū su
um publice redarguit. Et petr⁹ corre/
ctionē hūiliter ꝛ patienter accepit Gal.
ij. vbi dicit Aug.ꝙ Petr⁹ maioꝛibꝫ de
dit exemplū ꝙ si ī aliq̄ deuiarēt nō de/
dignarent̃ ab īferioꝛibꝫ corripi. sed cer/
te nō ibi sum⁹ modo. Scdō tūc debēt
plati corripi publice qn̄ ꝓpt̄ inoꝛdina
tos moꝛes essent publice scādalosi. vt
hr̄.ij.q.v. Paulus dicit. Tercio q̄ de/
bent alios corrigere sunt ī statu eq̄lita
tis ꝛ tales debent corrigere fratrē tn̄ ex
charitate quā hn̄t ad ꝓximū vt ipsius
bonū ꝓmoueāt et odio pctī qd̄ debent
detestari ꝛ pseq̄ si vidēt in ꝓximo. Vn̄
fratn̄a correctio sic diffinit̃. Correctio
fraterna est admonitio fratr̄ de emen
datione delictoꝝ ex fratn̄a charitate p
cedens. Dicit̃ pmo admonitio q꞉ ob/
iurgatio verbi ꝛ castigatio ptinet ad p
latū. Sed admonitio.i. ad mētē reuo/
catio ptinet etiā ad ꝓximuꝫ. Dicit̃ scdo
de emēdatōe delictoꝝ. q꞉ ille debet esse
correctiōis finis. Dicit̃ ex charitate pce
dens: vt nō ex ira vel odio. Circa quaꝫ
declaratiōnē duo notem⁹ de necessita/
te salutis fienda.s.

Primo correctōis pceptum.
Scdo correctōis modū.

Primo nimiꝫ notem⁹ correctiōis fra
terne pceptū. diuinū em̄ pceptuꝫ obli/
gauit sub necessitate salut̄ quemlibet
ad fratnā correctōeꝫ Math.xviij. Si
peccauerit in te fr̄ tu⁹: vade corripe eū
inter te ꝛ ipm. qd̄ pbat̃ tripl̄r.s. autori
tate. rōne. ꝛ silitudine. Primo pbem⁹
autoritate Ecci.xxvij. Vnicuiqꝫ man
dauit de⁹ de ꝓxio suo.s. de nō ledendo
sed diligēdo ꝛ corripiēdo. Primo mā/
dauit de⁹ de ꝓximo nō ledendo Exod.
xx. Nō ꝯcupisces rē vel domū vel vxo/
rem ꝓximi tui. nō furaberis. non occi
des ꝛc. Scdō mādauit de⁹ de ꝓxio di
ligēdo Math.xxij. Diliges ꝓximū tu/
um sicͭ teipm. Tercio mādauit de⁹ de
ꝓximo corripiendo Math.xviij. Si
peccauerit in te frater tu⁹ corripe eum.
Et Aug⁹. de ṽbis dn̄i sic ait. Si negle
xeris corrigere peioꝛ eo fact⁹ es qui pec
cauit. Scdō hidem pbemus rōne sic
quia glo. sup illud Math.xviij. sic di
cit. Ita peccant q̄ fratrē suū peccare vi
dent ꝛ tacent sicut q̄ peccāti nō indul/
gent. Sed oēs ex pcepto charitatis te/
nent̃ ad indulgendum peccanti. g̃ ad
corripiendum delinquentes. Tercio

idem ſilitudine ſic pbemus. Elemoſy
na ſpūalis magis eſt neceſſaria q̄ cor
palis. Sz elemoſyna corpalis ſuo lo/
co ⁊ tpe ſcz neceſſitatꝭ cadit ſub p̄cepto
ergo correctio fratris cū ſit elemoſyna
ſpūalis cadit ſub p̄cepto. Tempus q̊
qlibet tenet corripe pctōrem ex p̄cepto
eſt triplex. ſ. cum pctōr eſt p̄ſens. cū pla
tus eſt abſens. ⁊ cū platus eſt negligēs
Scdo notem⁹ correctiōis modū. mo/
dus eñ fratne correctiōis eſt vt ponit
ſaluator Matth. xviij. vt pmo fiat ſe/
creta admonitio. Scdo vt plato tan/
q̄ pſone pticulari oſtendat ⁊ vt eccl'ie.
Tercio vt teſtes adhibeant. Quarto
vt ſi hoc nō pficit debet eccl'ie denūcia/
re. ⁊ ab ecclia p cenſurā ſepari. ⁊ fieri ſic
ethnic⁹ ⁊ publican⁹. Sicut igit correc/
ctio fraterna eſt de p̄cepto inq̄tū ordi/
nat ad emēdationē fris: ita etiā mod⁹
correctōis eſt de p̄cepto inq̄tū facit ad
emēdationē fratrꝭ. q2 q̊ debitū modū ⁊
ordinē nō ſeruat in corripiendo nō lu
crat fratrē. Vn̄ legit i vitaſpatrū q̄ dū
qdā tpe abbas Machari⁹ ad montē
nitria aſcēderet: diſcipulo ſuo vt p̄cede
ret ipauit. q̊ dū p̄iret obuiauit cuidā
ſacerdoti idoloꝝ cōcito curſu venienti
⁊ lignū grande portāti. Cui exclamās
ait. Quo currꝭ demō. At ille irat⁹ tan/
tis plagis eum affecit vt pene eū exani
mē relinq̄ret. ⁊ relicto eo ſacerdos ido/
loꝝ iterum currebat ⁊ obuiauit beato
Machario: q̊ ait ad eū. Saluerꝭ labo/
rator ſalueris. Et ille admirat⁹ rn̄dit.
Quid in me boni ꝯſpexiſti vt ita ſalu/
tes. Cui ſenex. Ego vidi te laborantē et
currere ignorāter. Cui ſacerdos dixit.
Et ego ſalutatōe cōpūctus magis dei
ſeruū te eſſe cognoui. nā alt neſcio qs
mirabil monach⁹ mihi occurrēs iniu
rias fecit. ſed illi plagas pro ꝟbis im/
poſui. Tunc tenēs pedes Macharij
pclamauit dī. Niſi me monachū fece/
ris nō deſiſtā. Pergēdo igit venerunt
ad locū vbi ceſus frater iacebat quem
vtriq3 tollētes q̊ gradi nō poterat: ma
nib3 in ecclīam detulerūt. Cū aūt cete/
ri fratres vidiſſent ſacerdotē illū btm̄
Machariū comitantē ſtupefacti mo
nachū illū cum admiratiōe pficiūt ac
m̄lti p illū xpiani facti ſunt. Dicebat
aūt abbas Machari⁹ q2 ſermo ſuper
bus ⁊ malus etiā bonos viros ꝯuer/
tit i malū. ſermo ꝟo bōil ⁊ bon⁹ etiam
bonos mutat in meli⁹. ¶ Scdm
documentū notem⁹ fraterne correctio
nis diſſimulationē. Naz q̊ alios corri
piunt ſunt in triplici differentia. mali.
boni. ⁊ indifferentes. i. nec nimis boni
nec nimis mali. Et iō qdam eoꝝ corre
ctionē fraternā omittunt. ſ.

Primo qdā omittūt piculoſe.
Scdo qdā omittūt ſtudioſe.
Tercio qdā omittūt ſerioſe.

Primo dixi q̄ qdā correctionē frater/
nam omittūt piculoſe. qn̄. ſ. qs ſperat
pdeſſe delinquēti. vt qn̄ coraz ſe qs lo/
quit detractiōez. aut facit aliqd pctm̄:
q̊ ſi tunc corripet emendaret ⁊ taceret.
Vn̄ Eſaias lamentabat ſe tacuiſſe di.
ca. vj. Ve mihi q2 tacui. glo. q2 Oziā et
alios libere nō rephēdi. Si igit duct⁹
qs verecūdia ſiue qdā cōplacētia ſiue
amicicia ſic omittēs correctiōez ſiue in
ſecreta collocutiōe: ſiue publica tracta
tione: ſp peccat ꝯtra xpi p̄ceptū. O xpe
deus q̄ multi pter humanū fauorez
omittūt hoc ſalutare p̄ceptū tuū q̊ nō
ſolū nō corrigūt eos ſed ⁊ adiuuāt ſu/
is adulatiōib3. Et qs eſt nunc q̊ aliqn̄
ex charitate fratrē corripuit. de qb3 di/
cit Greg. Qui primi mala ꝯſpiciunt ⁊
ſilentio p̄tereūt qſi ꝯſpectꝭ vulneribus
vſū3 medicamīs ſubtrahūt. ⁊ iō mor/
tis auctores fiunt q̊ qd curare poterāt
nolunt. Nam b. Tho. dicit ſup. iiij. di.
xix. q̄ omiſſio correctionis fraterne fit

cū mortali pctō cū frater mortal'r peccauit ꝛ est tpus opportunū ꝛ sperat eiꝰ emēda nec timet aliqđ malū inde euenire ꝛ nō est aliꝰ p̄sens cui ex officio incūbat corrigere. vel si est p̄sens cū est negligens. Si igit̄ sic negligat qs corrigere: aut ꝑp̄t timorē humanū ne odio habeat vel ne in reb' damnificet̄ talis mortaliter peccat. Modernis em̄ tpibus omittit̄ correctio fraterna ex parte corripiētis ꝑp̄t maliciā. ex pte delinq̄ntis ꝑp̄t veritatis repugnantiā. Primo em̄ omittit̄ correctio fraťna ꝑpter corrigere debētis maliciā. Ex quo em̄ i silib' vl' maiorib' pctis iacet irretitus nō audet corripe. qa sicut stercore sordidatus nō dicit primo sibi sordidato Charissime q̄re sices sordidatus. Un̄ glo. super illud ps. Ne auferas de ore meo verbū veritatis: dicit. Obmutescet eloq̄ntia si rea sit ꝯsciā. Hinc Gre. viij. moral'. Subiectas sordes tergere nō valet manꝰ q̄ lutū tenet. Scdo omittitur fraterna correctio ꝑp̄t vitatis repugnantiā ex pte delinq̄ntis. nā filij huiꝰ seculi si de malefactis corrigūt̄ mox irrident ꝛ impugnāt. Et implet̄ mō illđ Hiere. xx. Factus est sermo dn̄i in obprobriū ꝛ in derisum. Quidā igit̄ icarcerant vera dicentē: sic Herodes iohēz Quidam dilacerāt mēbratim qr aliq̄ oculos vitati eruūt ne videat vt cū numis ꝛ munerib'. Aliqui dētes frāgūt ne mordeat. aliqui manꝰ amputāt ne ledat. aliqui pedes ne ꝯ eos procedat. aliqui linguā ne ꝯtra eos aliquid dicat. aliqui os obstruūt ne clamet. Sic qꝫ vt dicit Esa. lix. corruit in plateis veritas. ꝛ Dan. viij. Prosternet̄ vitas in terra. Hinc psal. dicit. Saluū me fac deus qm̄ defecit sanctꝰ. quoniā diminute sunt vitates a filijs hoīm. Et ideo inimicant̄ miseri pctōres etiā vitatis p̄dicatorib'. sicut Paulo aplo qui dicebat Gal'. iiij. Ego inimicꝰ factus sū vob' ver dicēs. Hāc em̄ vitatē sic i terra ꝓstratā: sic incarceratā trūcatā iminutā venit de celo essential' veritas dei p̄ris xp̄s erigendū. Sꝫ duri cordis iudei ꝛ fallaces ne vitatē erigeret veritas lapidib' obstiterūt ꝛ nocere voluerunt multiplicit̄. Trib' vicib' mortē xp̄o itētauerūt. Primo Herodes qui voluit cū occidere: sed pia mater duxit eū i egiptū. Scdo sui ꝯpatriote q̄ xp̄m voluerūt de mōte p̄cipitare; vt d' Luce. iiij. Sꝫ iesus ꝑ mediū illor' ibat ipi nō vidētes. Tercio iudei qui eū lapidare voluerūt. vt ptꝫ i hodierno euāgelio. Sꝫ q̄re h̄ ipi xp̄o piissimo faciebant: certe ꝑp̄t veritatē: qr dicebat. Propterea veni in mundū vt testimoniū phibeā veritati. Nō igit̄ xp̄m lapidāt qui vitati resistūt. Scdo quidā correctōeꝫ fraťnā omittūt seriose ꝛ meritorie. quando scꝫ quis differt correctōnē vsqꝫ ad tēpꝰ opportunū ne ꝑpter verecundiā vl' impatientiā delinquēs efficiat̄ peior. Unde legit̄ in vitaspatr̄ rep̄hensuꝫ qui nimis celeriter ꝛ crudeliter corripuerat fratrē. Cum em̄ quidā frater de cōgregatione offendisset Abbas de consilio cuiusdā solitarij expulit. qui cum quasi flendo desperaret abbas Pastor ad se eum adduci fecit. Quē benigne cōsolans misit ad illuꝫ solitariū dicēs. Audiens de te videre te desidero: fatiga ergo te vsqꝫ ad me. Qui cuꝫ venisset dixit Pastor. Duos homines erāt q̄ ambo habebant mortuos suos. reliquit autē vnus mortuum suuꝫ ꝛ abijt plorare mortuum alterius. Quod solitarius audiens et intelligens in sermone eius compūctus est. Tercio quidam fraternam correctōnem studiose omittūt q̄ i suis fratrib' venialia solūmō sciūt. Nō em̄ tenet̄ de talib' aliqs corripe aliquē de veniali nisi essꝫ pctm̄

veniale occaſio mortalis. q2 humana fragilitas ſine venialib9 etiã in viris pfectis nõ põt eſſe. Et iõ ſi cognoſcũt in ſe talẽ defectũ alios de hoc nõ corrigunt. Sed ſunt qdã min9 pfecti imo incõſiderati z arrogãtes q̃ de feſtucis faciunt trabẽ z alioꝝ pctã põderãt et ſua puipendũt. De qb9 Grego. xxiiij. moral. ſic dicit. Arrogãtes ſupiores videri deſiderant. z magis gaudẽt cũ eoꝝ animuz ira leuat q̃ charitas exequat. ſemp inuenire optant q̃ increpãdo rigide feriant. Unde ſcrip tuz eſt. In ore ſtulti vga ſupbie. q2 vicz pcuti rigide ſcit ſed compati hũiliter neſcit. Pro eo legit in vitaſpatꝫ q cũ fratres de qdã fratre culpabili loqrent: abbas paſtor tacebat. Cũ g̃ accepiſſet ſacculũ plenũ arena retro. z de eadẽ arena modicũ ante ſe ferret. interrogatus qd eſſet: dixit. Multa arena ſunt pctã mea q̃ poſt me ferens ipſa non cõſidero nec p eis doleo. modica vo arena ſunt peccata fratris añ me poſita que ſemp cõſidero et ipm iudico: cum tñ pctã mea ante me ſp portare deberem z de ipſis cogitare ac deum orare p illis. ¶ Tercium documentum notem9 fraterne correctionis fructificationem. tanta nanqz eſt fraterne correctiõis vtilitas vt anim9 peccans niſi a deo p infirmitates ſeu aduerſitates corrigeret vir ſaluaretur. Ratio huius. quia vt dicit Phus. iij. Ethicoꝝ. omnis peccans aliqualiter eſt ignorans. Ignorat qppe peccator quantũ bonũ p peccatũ dimiſit z qñtum malum incurrit. Unde de multis correctionis fraterne fructib9 feram9 tãmmodo ſeptem. ſ.

Primus eſt anĩe ſaluatio.
Scd̃s eſt diaboli effugatio.
Terci9 eſt pctĩ cognitio.
Quart9 eſt puritatis augmentatio.
Quintus eſt futuroꝝ cautio.
Sextus eſt fautoris acquiſitio
Septimus eſt eterna pmiatio

Prim9 fructus fraterne correctõis dixi q eſt anime ſaluatio. q2 vt dicit ſaluator Math. xviij. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te z ipſuz ſolum. et ſi te audierit lucratus es animam fratris tui. Si autẽ te nõ audierit lucratus es animã tuã abſoluẽdo eam ab obligatõne pcepti. Ideo dicit Ezech. iij. ca. Tu vo animã tuã liberaſti. Sed di. vtrũ hec fraterna correctio intelligit de occultis peccatis an d manifeſtis. Reſpõdeo qdam dixerũt q intelligit de peccatis occultis qd nẽo ſcit niſi tu. Sed hoc nõ videt quia dicitur corripe eũ inter te et ipꝫ ſolũ. poſtea adhibe tecum vnũ vel duos. Et ſic peccatũ occultũ publicaret. Alij dicũt q itelligit de peccatis manifeſtis. Sꝫ nec hoc videt. q2 dicit. corripe eũ inter te z ipm ſolũ. ſm autẽ aplm manifeſta pctã ſũt corã oib9 corrigenda. Ideo alij dicunt q intelligit de pctõ ptim qd ẽ occultuz z ptim manifeſtũ. i. ſcit illud pctm̃ ſed a paucis. Et hec eſt ſnia Joh. an. z etiã Tho. et alioꝝ. Scd̃s fruct9 correctionis fraterne eſt diaboli effugatio. diabolus eſt ſicut lupus q̃ fugit dũ inclamat. ſic diabolus dũ in q̃ latet corripitur. qeſcit vo vbi null9 ſibil9 increpationis ſonat. vñ Bern. Secur9 accedit teptator vbi null9 timet repheſor. Hic eſt q in pncipib9 qeſcit quos null9 audet rephendere ſed poti9 adulãdo laudare. Et quia tales hic nolunt rephendi ideo tenent ſe ad iudiciũ chriſto rephendendũ acerrime di. Ite maledicti ĩ ignem eternum. Nunq̃ enim homĩes audierunt nec audituri ſunt acri9 verbum q̃ ite maledicti. Tercius fructus correctiõis fraterne eſt peccati cognitio. frequenter enim peccans nõ aduertit ſuuz peccatũ. aut ſi aduertit nõ

cogitat ſe tam maluꝫ egiſſe. potiſſime cum mltos videt ſimilia facere. Sed certe non eſt maioꝛ indignatio dei ſm ſanctū Bonauen. qꝫ dū aliquē peccare libere p̄mittit deus. nec p ſe nec p aliū coꝛripit. Quart⁹ fructus coꝛrectionis fraterne eſt puritatis augmentatio. Sicut em̄ vas argenteuꝫ quāto plus fricat̄ tanto puri⁹ reddit̄. ita aīa iuſti quanto freq̄ntius coꝛripit̄. Jdeo dicit̄ Eccl. x. Uir prudens ꝛ diſciplinatus non murmurat coꝛrectus. Unde beatus Aug⁹ dicebat. Ego ſenex ꝛ ep̄s parat⁹ ſum ab omnib⁹ coꝛrigi et emēdari. ꝛ illum amicum meū eſtimo cuius lingue beneficio ante dieꝫ extremi iudicij anime mee maculas tergo. Quintus fructus coꝛrectionis fraterne eſt futuroꝛū cautio. homo em̄ cautius ſe cuſtodit ibi vbi aliquādo ſcit ſe p̄lapſuꝫ. Sextus fructus coꝛrectionis fraterne eſt fauoꝛis acquiſitio. naꝫ bonus ꝛ ſaluādus regratiat̄ coꝛrectori. Sicut Aug⁹. in ep̄la ad Hieronymū ſcribit dicens. Obſecro te per māſuetudinem ieſu chꝛiſti ſi leſi te dimittas mihi. nec me viciſſim ledas reddēdo malum p malo. Ledis aūt ſi tacueris mihi erroꝛem meū queꝫ in factis meis vel in dictis inuener̄. Septimus fructus coꝛrectionis fraterne eſt eterna p̄miatio. Quia hic in terra maius lucrū homo nō pōt acq̄rere qꝫ hominis aīam p qua ſanguis ſaluatoris fuit effuſus. quia p ea laboꝛauit: p̄dicauit: obpꝛobꝛia ptulit ꝛ moꝛteꝫ: vt hoc lucrum haberet in celo reponēdū vbi eſt gaudium ſine fine. Ad q̄d nos p̄ducat chꝛiſtus p nobis occiſus: qui cum patre ꝛ ſp̄uſancto viuit et regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

De eadem dominica
Sermo. xlij.

Facite dignos

fructus p̄nie. Luc. iij. ca. Hec verba intonabat btūs Johānes p̄curſoꝛ ſaluatoꝛis ipſis iudeis q̄ exibant ad eū audiendū. ꝛ ipſe diuino igne accenſus aiebat. Quis oñdit vobis fugere a ventura ira genimina viperaꝝ. Facite dignos fruct⁹ p̄nie. D

Jn q̄b⁹ v̄bis oſtēdit q̄ ſatiſfactio ſit neceſſaria ad ſalutē. Qđ p̄bat̄ ex h̄. q̄a punitio culpe p̄terite ꝛ vitatio future ē actus triū virtutum. ſcꝫ

Primo iuſticie vt elicientis.
Scđo amicicie vt impantis.
Tercio prudentie vt dirigētis.

Primo ſiq̄dem p̄terite culpe punitio eſt actus iuſticie vt elicīētis. Jō a Ps. penitentia vocat̄ ſacrificium iuſticie. Ubi dicit glo. Quid eſt iuſti⁹ qꝫ hominē p p̄niaꝫ peccata p̄imere ꝛ ſeip̄m punire. Unde ſm omnē iuſticiam ſatiſfactio neceſſaria eſt ad ſalutem. Triplex em̄ eſt iuſticia. Quedam eſt diſtributiua. q̄dam cōmutatiua. ꝛ q̄dā vindicatiua. Juſticia diſtributiua ē q̄ dñs retribuit ſibi ſeruientib⁹ ſm coꝝ merita. et ſibi iniuriātib⁹ ſm ipſoꝝ demerita. iuxta illud Math. xvj. Fili⁹ hoīs venturus eſt in glia patrꝭ ſui cū angel̄ ſuis ꝛ tūc reddet vnicuiqꝫ ſm opera ſua. Modo igit̄ q̄cūqꝫ peccauit ꝛ vult bona eterna a dño accipe neceſſe eſt vt de peccātis ſatiſfaciat ꝛ bona agat. q2 iuſt⁹ ē dñs ꝛ rectū iudiciū ei⁹. Juſticia v̄o cōmutatiua ꝯſiſtit in cōtractib⁹. puta ſi recepiſti ab aliq̄ equū: iuſtū eſt vt reſtituas pecuniā ei⁹ p̄cium. Sic q2 p contritionē deus tibi eternā penaꝫ inferni cōmutauit in t̄p̄aleꝫ penā purgatoꝛij q̄ eſt acerbiſſima. ꝛ ꝯfeſſoꝛ v̄tute clauium illā acerbā penā tibi cōmutauit in mitioꝛē p p̄ſentꝭ vite ſatiſfactionē. quā ſi neglexeris: neceſſe erit vt cōmutatio

diſſoluat. Hinc Eccl.ij.dr. Si pniaꝫ nõ egerim⁹ incidemus in man⁹ dei et hoim. Et certe vt ait apl'us. horrendũ eſt incidere in man⁹ dei viuent'. Juſticia ꝟo vindicatiua eſt vel ad puniẽdũ malũ in alio. ⁊ ſic ptinet ad iudices. vel eſt ad puniẽdũ malũ in ſeipo. ⁊ ſic ptinet ad penitenteꝫ. vt pctõr ipſemet vindicet offenſam diuinaꝫ vt hoc mõ requirat diuinã amiciciã. Unde Aug⁹. Puniturus eſt deus pctm̃: pueni eum. nõ vis vt ipſe puniat: puni tu. Secundo punitio culpe eſt actus amicicie vt imperantis. Nã punire pterita pctã ⁊ cauere futura: a charitate impante pcedit. Ex q̃ eñ pctõr diligit deũ ex amore ipſius bonitatis moueť ad puniẽduꝫ offenſam in deum cõmiſſam. Tercio punitio culpe ſeu ſatiſfactio eſt actus prudentie vt dirigentis. qꝛ ſcire purgare pterita et cauere futura eſt act⁹ prudentie. Uñ phus.j. Ethi. cautelam ponit actũ prudentie. ⁊ vt dicit ꝙ ſm prudentiam mediuꝫ accipiť in ſingul' virtutibꝫ moralibꝫ. Quilibet igitur prudens ſi penſat quem offendit quia deum patrẽ ſuũ creatorem ⁊ redemptorẽ Si penſat que amiſerat. qꝛ etna et ineffabilia gaudia. Si penſat que incurrit. quia eterna tormẽta. Si pẽſat qbꝫ bona recupare poterit ⁊ mala euitare certe illud medium pre omnibus eligit. ⁊ hoc eſt ſatiſfactio. Jdeo ille angelicus vir: penitentie forma: amic⁹ ſpõſi: lucerna ardens: ppheta altiſſimi: pcurſor chriſti: dicit. Facite dignos fructus ⁊c. ℒ Unde pſentem ſermonem de ſatiſfactione gratia noſtri ſaluatoris aſſiſtẽte in tribꝫ ſolũmodo articulis declaremus. ſcꝫ

Jn pmo articulo declaretur ſatiſfactionis quidditas.

Jn ſecundo declaretur ſatiſfactiõis qualitas.

Jn tercio declaretur ſatiſfactionis vtilitas.

Jn primo eñ articulo declaremus ſatiſfactionis q̃dditatem. qd ſcꝫ ſit ſatiſfactio ſm rem. Cui⁹ q̃dem q̃dditatem tripl'r bene poterimus declarare vicꝫ. diffinitione. diuiſione. et ſilitudie. Primo dixi ꝙ q̃dditatem ſatiſfactionis declarare poterimus diffinitione. Nam ſatiſfactio diffiniť duobus modis. Uno modo reſpectu culpe pterite et ſic ſatiſfactio eſt iniurie illate recompenſatio. Et ſic Anſel.li. Cur deus hõ ita diffinit. Satiſfactio eſt deo debitũ honoreꝫ ex cõmiſſa culpa impendere. Alio modo diffinitur reſpectu future culpe. Et hoc modo Aug⁹ ſic diffinit. Satiſfactio eſt cauſas pctõꝝ excidere et eius ſuggeſtionibus aditum nõ indulgere. Ex q̃bus intelligere poſſum⁹ ꝙ ſatiſfacere eſt penam p peccatis voluntarie aſſumere cum pposito cauendi a peccatis. Unde ſatiſfactio nunq̃ꝫ fieri poteſt ſine pena. q̃d pbatur q̃druplici ratione. ſcꝫ

Primo rõne diuie ordinatiõis.
Scdõ rõne hũane curationis.
Tercio rõne aliene ſubtractiõis.
Quarto rõne pprie pſeruatõis.

De eodem feſto gl'ioſe reſurrectõnis domini Sermo l

Ieſum queritis nazarenũ crucifixũ: ſurrexit nõ eſt hic. ecce loc⁹ vbi poſuerũt eũ. Marci vlt. Ad gl'iam vere reſurrectõis xp̄i dñi nr̃i dicebat angel⁹ hec v̄ba ſctis mulieribꝫ. puta marie magdalene. marie iacobi et marie ſalome que ob ſingularẽ deuotõem ad xp̄m venerãt ad monumentũ cũ vnguẽtis p̄cioſis vt ſanctũ corpus pungerẽt. Ubi tria notemus. ſcꝫ

Primo iudeoꝝ magnã de xp̄o infidelitatẽ

Scđo ſanctaꝝ mulierũ deuotã erga chriſtũ charitatẽ

Tercio ſancte eccleſie indubiaꝫ fidei firmitatem

Primo igꜫ notem⁹ iudeorũ magnã de xp̄o infidelitatẽ ꝓ eo ꝙ viderũt obſcuritatẽ ſolis ⁊ terremotũ in chriſti pia paſſiõe ⁊ tñ nõ crediderũt in ipſuꝫ q̃n potius indurati corde etiã mortuo inſidias parabãt. Uñ đr Mat. xxvij. ca. ſic. Altera aũt die q̃ eſt poſt paſceuẽ id ẽ ſabbato ſancto conuenerũt principes ſacerdotũ ⁊ phariſei ad pilatũ dicentes. Dñe recordati ſum⁹ qꝛ ſeductor ille dixit adhuc viuẽs. poſt tres dies reſurgam. iube ḡ cuſtodire ſepulchꝝ vſqꜫ in diẽ terciũ ne forte veniãt diſcipuli eius ⁊ furent̃ eũ ⁊ dicãt plebi ſurrexit a mortuis. ⁊ erit nouiſſimus error peior priore. Ait ill' pilat⁹. Habet' cuſtodiã: ite cuſtodite ſic ſcit'. Illi aũt abeuntes munierũt ſepulchꝝ ſignantes lapideꝫ cum cuſtodibꝫ Secundo deniqꜫ notem⁹ ſctãꝝ mulieꝝ erga xp̄m deuotaꝫ

charitatē.qm̄ empt' aromatib; volue
runt inungere corp' dn̄icū. ſed reuera
hay fides p tunc nō erat recta. q2 non
credebant certitudinalr̄ q tercia die re
ſurgeret ſicut an̄ p̄dixerat. q2 ſi crediſiſ
ſent: vngere minime veniſſent. veruntm̄
quandā pietateq; habebant erga pium
xp̄m. Vn̄ poſtq̄ xp̄s exiuit de clauſo ſe
pulchro tūc fact' eſt magn' tremor'. z
angelus dn̄i deſcendit de celo z reuol/
uit lapidē magnū ab oſtio monumē/
ti. z dixit mulierib; Nolite timere. ſcio
q ieſum q̄ crucifix' eſt q̄rit'. nō eſt hic.
ſurrexit ſicut dixit. Tercio q̄q; note/
mus ſctē eccl'ie fidei indubiam v̄itatē.
q2 iā certi ſum' d nr̄a reſurrectiōe futu
ra ex quo caput noſtruz xp̄s reſurrexit
ſcientes q membra ſecutura ſūt ipm.
vt impleat̄ illud Joh. v. Oēs q̄ in mo/
numētis ſunt audiēt vocez filij dei z q̄
audierint viuēt. Dicit igit̄ angelus. Je
ſum q̄rit' nazarenū crucifixū. Vn̄ ex p
miſſis themat' v̄bis ad gl'iaz reſurre/
ctionis xp̄i tria notem' ſalut' documē
ta gr̄a ipſi' declarāda. ſcz

Primū reſurrectōis xp̄i neceſſitatē.
ibi. Jeſum q̄rit' nazarenū crucifixum.

Scd̄m reſurrectōis xp̄i q̄dditatem
ibi. ſurrexit nō eſt hic.

Terciū reſurrectiōis xp̄i localitatez
ibi. ecce loc' vbi poſuerūt zc̄.

¶ Primū nāq; documētū decla
randū erit ex v̄bis themat' xp̄i reſurre
ctionis neceſſitas. cū d2. Jeſum q̄ritis
nazarenū crucifixū. Quaſi di. angelus
Sicut xp̄s dn̄s p̄dixit ſuā paſſionem
in cruce: ita et reſurrectiōem tercia die
ſimilr̄ p̄dixit. ſed ſicut p̄mū fuit imple/
tum ita neceſſario ſecundū. Et ido ſm
ſanctum Tho. in. iij. pte. q. liij. ar. j. fu/
it neceſſaria xp̄i reſurrectio triplici re/
ſpectu. ſcz

Primo reſpectu ſui.
Scd̄o reſpectu noſtri.
Tercio reſpectu angeli

Primo itaq; reſurrectio xp̄i fuit neceſ
ſaria reſpectu ſui triplici rōne. ſcz

Primo ratione ꝯiunctōnis
Scd̄o ratōne pfectōnis
Tercio ratōne ꝯmendatōis

Primo fuit neceſſaria xp̄i dn̄i reſurre
ctio reſpectu ſui rōne ꝯiunctōis. Nam
ſm Bonauē. in. iij. di. xxj. z alios theo/
logos: q̄uis xp̄s v̄e mortu' fuerit: tm̄
diuitas nō fuit ſepata a carne mortua
q̄propt̄ nō fuit ꝯueniēs vt caro ꝯiun/
cta diuitati remaneret in miſeria mor
tis. q2 diuinitas tam pfecte fuit vnita
nature hūane: puta anime z corpi q
nunq̄ fuit ſepata. z ido ſi virt' aliqua
creata vnita corpi nō patit̄ ipm corrū/
pi ſicut aia. g̃ multo mag' v̄tus diuia
vnita corpi xp̄i nō patiebat̄ ipm corrū
pi. z h̄ ē q̄d dic̄ ꝓpheta. Nō dabis ſctm̄
tuū videre corruptōem. Vbi glo. Cor
pus xp̄i ſctificatū p q̄d alia ſctificāt̄ nō
patieris corrūpi. Scd̄o fuit neceſſa
ria xp̄i reſurrectio reſpectu ſui rōne pfe
ctōis. q2 om̄e totū eſt nobili' ſua parte
z vna pars ſine alia eſt impfecta. ſed in
xp̄o debuit eſſe oīs pfectio q̄ repit̄ i na
tura hūana. cū g̃ aia ſine ſuo corpore
ſit impfecta z ecōuerſo: ſic ps ſine ſuo
toto. igit̄ neceſſariū fuit q ania chriſti
vniret̄ ſuo corpori. q̄d fuit i ſua reſurre
ctōe Tercio xp̄i reſurrectio fuit neceſ
ſaria reſpectu ſui rōe ꝯmēdatōis. ſ. di/
uine iuſticie: q2 ad iuſticiā dei ptiet exal
tare illos q̄ ſe hūiliāt ꝓpt̄ deū. iuxta illd̄
Luce. xiiij. Qui ſe hūiliat exaltabit̄. ſed
xp̄s hūiliauit ſe fact' obediens vſq; ad
mortē mortē aūt crucis. Phil'. ij. ergo
diuia exigebat iuſticia q xp̄s exaltaret̄
vſq; ad gl'iam reſurrectōis. Jō ꝓpheta
in xp̄i pſona ſic dic̄. Dn̄e pbaſti me z co
gnouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē me
am. i. hūiliatōem meā approbaſti z re/
ſurrectōem meā. Et Chryſ. ſup Mat.

ait. Si xp̄s nō reſurrexit nō bō ſimul
⁊ deꝰ cenſeret̃. ſi nō reſurrexit: oīs chri/
ſti actio ad ſalutē nr̄am ꝓrſus inutilis
fuit. Sc̄do etiā neceſſaria fuit xp̄i re
ſurrectio reſpectu nr̄i trib᷒ rōnib᷒. ſ. ra
tione ꝯfirmatōis. rōne ꝯciliatiōis. rō/
ne inſtructiōis. Pr̄io inquā neceſſaria
fuit xp̄i dn̄i reſurrectio reſpectu nr̄i ra/
tione ꝯfirmatōis fidei ⁊ ſpei. q꞉ ꝑ eiꝰ re
ſurrectōeꝫ ꝯfirmata eſt fides nr̄a circa
eiꝰ diuinitatē. Hinc. ij. Choꝛ. xi. Nā et
ſi crucifixꝰ eſt ex infirmitate ſed viuit ex
v̄tute dei. Et ꝓpha ī eiꝰ ꝑſona ait. Que
vtilitas in ſanguīe meo dū deſcēdā in
coꝛruptionē. q. d. nulla. Si eī ſtatim
nō reſurgo ⁊ corpꝰ meū coꝛruptū fue/
rit nemī annūciaboꝛ. nullū lucraboꝛ.
vt exponit glo. Et. j. Cho. xv. Si xp̄s n̄
reſurrexit ſicut p̄dicat̃. inanis ẽ eſt p̄di
dicatio nr̄a. Ideo dicebat Job. xix. ca.
Scio ꝙ redēptoꝛ meꝰ viuit. ſ. a mortu
is reſurgēs. ⁊ in nouiſſimo die de terra
ſurrecturꝰ ſum. ⁊ in carne mea videbo
deū ſaluatorē meū. ⁊ ſequit̃. Repoſita
eſt hec ſpes mea in ſinu meo. Sccū/
do neceſſaria fuit xp̄i reſurrectio reſpe
ctu nr̄i rōne reconciliatōis. vt. ſ. nos ꝑ
pctā nr̄a a deo auerſos reconciliaret.
Vn̄ apl's ad Heb. ix. ait. Xp̄s īt̃roiuit
in ip̄m celū vt appeat vultui dei ꝓ no
bis. Et Ro. viij. Chriſtꝰ ieſus q̇ moꝛ/
tuus eſt. imo ⁊ q̇ reſurrexit q̇ eſt ad dex
terā dei q̇ etiā interpellat ꝓ nobis ⁊ ita
miſcd̕iam dei pr̄is īclinat ad nos oſtē
dens ſua ſacra ſtigmata. ⁊ dicēs illud
Zach. xiij. His plagis plagatꝰ ſum in
domo eoꝝ q̇ diligebant me. Tercio
neceſſaria fuit xp̄i reſurrectio reſpectu
nr̄i rōne īſtructiōis. ſ. vite nr̄e. Pr̄io vt
ſicut xp̄s reſurrexit a mortuis: ita etiā
nos debemꝰ reſurgere a pctīs. iuxta il/
lud Col. iij. Si ꝯſurrexiſtis cū xp̄o que
ſurſū ſunt q̄rite. Sc̄do ſic xp̄s reſurre
xit ad nouā vitā ſꝑ victurꝰ: ita etiā nos
ſꝑ debemꝰ reſurgere in ſpū. iuxta illud
Ro. vj. Xp̄s reſurgēs ex mortuis iam
nō morit̃: mors illi vltra nō dn̄abitur
Tercio ſicut xp̄s reſurrexit lapide ma
gno clauſo. ſic nos reſurgamꝰ in coꝛ/
de cū ꝓpoſito nunq̄ꝫ recidiuādi. Et hec
eſt p̄ma reſurrectio. q̇ ita nō reſurgūt
illi in die nouiſſimo ad vitā btāꝫ nō re
ſurgūt. Ps̄. Ideo nō reſurgūt ip̄ij ī iu
dicio neqꝫ pctōres in cōſilio iuſtoꝝ.

Tertio q̄ꝫ fuit neceſſaria xp̄i reſurre
ctio reſpectu angeli ⁊ beati vt creſceret
glīa btīs. q꞉ glīficata xp̄i humanitate
duplex delectatio reꝑit̃. Vna in ꝯtēpla
tione hūanitat' in quā deſiderāt ange/
li ꝓſpicere. j. Pe. j. Sc̄da in ꝯtēplatiōe
eiꝰ diuinitat'. iō dicebat ipſe xp̄s Joh. x.
Ego ſuꝫ oſtiū ꝑ me ſi q̇s introierit ſal/
uabit̃. ⁊ īgredie̾t. ſ. ad ꝯtēplādā diuinita/
tē. ⁊ egredie̾t. ſ. ad ꝯtēplādā hūanitateꝫ
⁊ paſcua īueniet. i. delectatiōeꝫ vite eter
ne. O q̄ꝫ pie nūc ꝯtēplant̃ illā piā xp̄i fa
ciē olim velatā ⁊ ſput' maculatā. O q̄ꝫ
ſuauit̃ intuet̃ nūc ſcīm caput eiꝰ olim
ſpinis coronatū. O q̄ꝫ dulcit̃ eius ma
nus ⁊c̄. O Sc̄m documētū ex p̄
miſſis themat' vbi notēꝰ reſurrectōis
xp̄i q̇dditatē. cū dr̄. Surrexit n̄ eſt h. ꝑ
q̇d inuēs ꝙ xp̄i reſurrectio fuit excellē/
tiſſima int̃ alia oīa ipſiꝰ miracl'a. q꞉ le
gunt̃ aliq̇ reſuſcitati v̄tute aliēa. ſic la/
zarꝰ. ſꝫ nullꝰ ꝓp̄a v̄tute niſi xp̄s. Vn̄ re
ſurrectiōis xp̄i q̇dditatē poſſimꝰ ītelli/

Pr̄io ex diſtinctōe (gere ex trib᷒. ſ.
Sc̄do ex diffinitione.
Tercio verificatione.

Primo inq̄ꝫ q̇dditatē reſurrectōis xp̄i
poſſumꝰ bn̄ intelligere ex reſurgentiū
diſtinctiōe. Nā ſm̄ ſ. Tho. in. iij. pte. q.
liij. q̇dā eripiunt̃ a morte ſolū in actu.
vt ſcꝫ aliquis viuere incipiat q̄liter cū/
q̄ꝫ poſtq̄ꝫ mortuus fuerat. Alio mō vt
aliquis liberet̃ non ſolum a morte ſed
etiam a neceſſitate, et quod plus eſt a

poſſibilitate moriendi. ꝛ hec eſt vera ꝛ pfecta reſurrectio. qꝛ q̄ꝺiu aliquis viuit moritur⁹ q̄dāmō mors illi ꝺn̄at. qꝛ ſcḋm Grego. vita p̄ſens eſt ſolū dilatio mortis. ideo dicebat apl's Ro. vij. Infelix ego hō q̄s me liberabit ḋ morte corporis hui⁹. Ex q̄bꝫ elicere poſſum⁹ ꝙ q̄dā reſurgūt ficte. q̄dā impfecte. ꝛ q̄dā pfecte. Pmo q̄dā reſurgūt ficte ſicut Samuel. j. Reg. xxviij. vbi ḋꝛ ꝙ ſaul iuit in endor ad mulierē phitonē habētem nocte. ꝛ ait illi. Diuīa mihi in phitone ꝛ ſuſcita quem dixero tibi. Et ait mulier. Ecce tu noſti quāta fecerit ſaul et quō craſerit magos de terra et ariolos. quare ḡ inſidiarꝭ anime mee vt occidar. Et iurauit ei ſaul dicēs. Uiuit dominus qꝛ nō eueniet tibi q̄cq̄ȝ mali ꝓpter hāc rē. Dixitq̄ȝ ei mlr'. Quē ſuſcitabo tibi. Qui ait. Samuelē. Cū autē vidiſſet mlr' ſamuelē exclamauit voce magna et dixit ad ſaul. Quare īpoſuiſti mihi. Tu es eniȝ ſaul. Dixitq̄ȝ ei rex. Noli timere. q̄d vidiſti. Et ait mulier ad ſaul. Deos vidi aſcendentes de terra. Dixitq̄ȝ ei. Qualis eſt forma ei⁹. que ait. Uir ſenex aſcēdit ꝛ ipſe amict⁹ eſt pallio. ꝛ intellexit ſaul ꝙ ſamuel eēt et inclinauit ſup faciem ſuā in terra et adorauit. Dixit aūt ſamuel ad Saul. Quare inq̄etaſti me vt ſuſcitarer. vbi duos modos reſuſcitādi notat Aug⁹. in ep'la ad Felicianū. Primuȝ dicit ꝙ fuit aīa ſamuelis ipſi ſaul apparens. q̄ꝺ potuit eſſe dupl'r. Uno mō p ḋmonē cā adducentē. tn̄ ex pmiſſione diuīa ex aliq̄ rōne nob̄ occulta. ſicut permiſit xp̄s ſe a diabolo aſſumi in ſctām ciuitatē Math. iiij. ideo nullū incōueniēs fuit ꝙ talia pmiſſus ſit facere in aīa ſamuelis cū lōge minor fuit ipſo chriſto Alio modo ꝙ iſta apparitio non fuit magica arte ſed diuīa ꝟtute h̄ faciente ex vna diſpoſitiōe q̄ phitoniſſam ꝛ demonē latebat. vt ſauli ꝓpter ſua demerita ſentētia diuina ſup ipm̄ futura de primo p ſamuelē nūciaret. ſicut p viuentē reprobatio a regno ei fuerat denūciata. Aliū ꝟo modū dicit Aug⁹. ꝙ nō fuit Samuel. ſed malign⁹ ſpūs apparēs in ei⁹ effigie. Dixit em̄ apl's. ij. ad Chor. xj. ꝙ ipſe ſathanas trāſfigurat ſe in angelū lucꝭ. ꝛ multo forti⁹ potuit ſe trāſfigurare in ſilitudinē ſamuelis: tn̄ deo hoc pmittēte ſine q̄ nihil pōt facere. Et h̄ tangit. xxvj. q. v. c. nec miruȝ. Dicit tn̄ Lyra abſq̄ȝ tn̄ aſſertiōe ꝙ aīa ſamuel' ꝟtute diuina et ei⁹ diſpēſatiōe apparuit mō p̄dicto ad annūciánduȝ ſauli diuinā ſententiā. qꝛ huic dicto textus biblie multuȝ cōſonat hic ꝛ Ecci xlvj. vbi ḋꝛ de eo. Poſt h̄ dormiuit et notū fecit regi ꝛ oſtēdit illi finem vite.

Scḋo aliq̄ reſuſcitant impfecte iterū morituri. ſicut Helyas reſuſcitauit q̄ndā. iij. Reg. xvij. Et ſilr' Helyze⁹. iiij Reg. iiij. Et xp̄s dn̄s Joh. xj. Lazarū ꝟtute diuīa. Tercio aliq̄ reſuſcitantur pfecte ad vitaȝ imortalē. ſicut xp̄s dn̄s reſuſcitat⁹ eſt ptāte p̄ris ſiue ſua. qꝛ p̄ris ꝛ filij vna ē ptās. ꝛ in tali reſurrectione p̄m⁹ oīm fuit xp̄s. iuxta illḋ. j. Chor. xv. Chriſt⁹ reſurrexit ex mortuis p̄mitie dormientiū. Si forte dicas ꝙ h̄ videt impoſſibile. p̄cipue cuȝ ph's dicat in poſtp̄dicamētꝭ. ꝙ a p̄uatione ad habitū ipoſſibilis eſt regreſſus. Dicendū ꝙ ſicut iſta nō eſt bona ꝯſequētia. Seru⁹ vl' ancilla nō pn̄t facere militem. ḡ nec rex vl' regina pn̄t facere militē. Sic a ſilī non eſt bona ꝯn̄a. Natura que eſt q̄daȝ ancilla dei nō pōt illuminare cecos vel ſuſcitare mortuos ḡ nec deus. imo oppoſitū ꝯcludit. qꝛ ſic rex et regina poſſunt facere militē licet non ſeruus. ſic deitas ſuſcitare mortuos licet hoc non poſſit facere natura.

Secundo autem quidditatē reſur-

rectiōis declarem⁹ diffinitōe. Diffinit
aūt ſic Tho. iij. pte. q. liij. ar. iij. di. Re
ſurrectio ē repatio a morte in vitā. ⁊ iō
exq̄ xpi reſurrectio eſt reſuſcitatio non
ad q̄lecūq; vitā ſ; ad īmortalē. igit ipſi
us reſurrectio eſt cā reſurrectiōis oim
q: dr. ij. methaph. Illud qd eſt primū
in q̄libet genere eſt cā oim q̄ ſunt ī eo.
Primū aūt in genere reſurrectōis p̄
fecte fuit xpi reſurrectio vt patuit. g̈ eſt
cauſa aliorum reſurrectionū. Hinc. j.
Cho. xv. Quoniā quidē p hoiem mors et
p hoiem reſurrectio mortuoꝝ. Natu
ralis eī ordo reꝝ ſic eſt inſtitut⁹ a dō
vt q̄libet cā p̄mo opet in illud qd eſt ſi
bi ꝓpinqui⁹ ⁊ p illud opet in alia remo
tiora. ſic ignis p̄mo calefacit ꝓpinqui
ora. deinde p illa remotiora. Sic dei
verbū p̄mo tribuit vitā īmortalē cor
pori ſibi vnito ⁊ p ipm opat reſurrecti
onē ī oib alijs. Hinc Job. v. dicebat
xps. Sic pr ſuſcitat mortuos ⁊ viuifi
cat. ſic ⁊ fili⁹ q̄s vult viuificat. Ter
tio q̄dē reſurrectōnis q̄dditatē poteri
mus declarare verificatōe. oīne ei du
biū expit ſeu vificat p tria. ſ.

Primo p teſtimoniū
Scdo p ſigillum
Tertio p miraculum.

Primo vtiq; dubiū q̄cūq; veri
ficat p hoim teſtimoniū veridicoꝝ. vt
hr extra de teſti. ⁊ atteſta. c. cū q̄ vtit.
Et extra de teſti. cogē. vl nō cogē. c. cu;
ſup cauſa. Et Mat. xviij. In ore duo
rum vel triū teſtiū ſtat oīne vbū. i. du
obus teſtib veridic fides ē adhibēda
Reſurrectionē vo dñi angeli atteſta
ti ſūt. deinde apli. p cui⁹ vitate ⁊ mor
tui ſunt. Itē ſcē mulieres. vt pt; ī alio
ſmone Sz diceres. q̄li habitu appa
ruit xps dñs diſcipulis ⁊ mulieribus
ſanctis. Rñdet Innocētius in ſermo
ne ſic di. Querit vtꝝ xps poſt reſurre
ctionem nud⁹ apparuit an veſtitus.
Rñdeo: veſtitus. ſicut ⁊ angel⁹ qui re
ſurrectionē nunciauit apparuit ſtola
candida coopt⁹. Si aūt querit q̄bus
veſtib xps apparuit. Rñdeo q nō il
lis q̄b induebat cū adhuc eſſet paſſi
bilis. q: illas crucifixores diuiſerunt.
S; vn̄ xps veſtes aſſumpſit cū in pa
tria ſic nō ē vſus ciboꝝ ita nec vſus ve
ſtimētoꝝ. Pō q̄ſtionem hāc determi
nat di. Oīa q̄cūq; voluit dñs fecit ī ce
lo ⁊ in terra. Hec ille. Itē cuſtodes ſe
pulcri xpi. nā ipi ꝓprijs ocul viderunt
q exiuit de ſepulcro xps ſaluis ſigillis.
de q̄b dr Matt. xxviij. Ecce q̄dam de
cuſtodib venerūt in ciuitatē ⁊ nūcia
uerūt p̄ncipib ſacerdotu; oia q̄ facta
fuerāt. ⁊ ꝯgregati cū ſeniorib conſilio
accepto pecuniā copioſam dederūt mi
litib dicētes. Dicite q: diſcipuli ei⁹ no
cte venerūt ⁊ furati ſunt eū vobis dor
mientib. ⁊ ſi hoc auditū fuerit a preſi
de nos ſuadebim⁹ ei ⁊ ſecuros vos fa
ciem⁹. At illi accepta pecunia fecerūt
ſicut erāt edocti. ⁊ diuulgatū eſt vbu;
illud apud iudeos vſq; in hodiernu;
diē. hec ibi. O maledicti iudei q̄ care
emiſtis falſu; teſtimoniū de xpi reſur
rectione. O q̄; bonā hereditatē amiſi
ſtis. g̈ iā mō in empto mēdacio pſiſti
tis. ⁊ ipa veritas vob nō patrocinat.
O iudei videte manifeſtū mēdacium
q: ſi cuſtodes ſepulcri dormierūt quō
viderūt q xpi diſcipuli furati fuiſſent
corpus xpi. Deinde teſtificati ſūt xp̄m
ſurrexiſſe mortui reſuſcitati. de q̄bus
dr Mat. xxvij. q multa corpa ſancto
rum q̄ dormierāt ſurrexerūt ⁊ exeun
tes de monumētis poſt reſurrectōem
eius venerūt in ſanctā ciuitatē ⁊ appa
ruerunt multis. Hec ibi. Scdo q̄r
dubiū verificat p ſigillu;. Na hr extra
de fide iſtru. c. ſcripta vo. Scripta vo
autentica ſi teſtes inſcripti deceſſerint
niſi p manū publicā facta fuerint: ita

ꝙ appareāt publica. aut autenticum ſigillū habuerint ꝑ qḋ poſſint ꝓbari. nō videntᷣ nobis alicuius firmitat̾ ro bur hr̄e. vbi glo. Autētici ſigillū dici mus ſigillū epi cui creditᷣ. Itē ſigillū capituli. Itē ſigillū alicuius principiſ Si igitᷣ ſic eſt ꝙ creditᷣ ſigillis epi: tūc merito credēda ē xp̄i reſurrectio q̄ exi ſtens pontifex futuroꝝ bonoꝝ ſemel introiuit ꝑ ꝓpriū ſanguinē in ſcā eter na redēptiōe inuēta. Heb. ix. Habēs q̄nq꞉ ſigilla. s. q̄nq꞉ vulnera p̄cioſa in pergameno corꝑis ſui ſanctiſſimi. q̄ q̄ dem viderunt apli. man⁹ Thome at trectauit ⁊ approbauit. Ideo dic̄ Leo papa. Quis dubitat a morte rediſſe ſaluatorē cui⁹ p̄ntiam agnouit ocul⁹ attrectauit man⁹ ⁊ digit⁹ ꝑſcrutat⁹ eſt Tercio aliqḋ dubiū verificatᷣ ꝑ mi raculū. q꞉ hr̄ extra de reliq. ⁊ vene. ſan ctoꝝ. c. audiuim⁹. Et extra ḋ teſti. ⁊ at teſta. c. venerabili fratri nr̄o Honori us dicit. Mandam⁹ q̄ten⁹ teſtes ido neos habeat̾ ſuꝑ vita ⁊ miraculiſ pie memorie. M. abbat̾ ⁊c̄. Ex q̄b⁹ claret ꝙ miraculis fides ē adhibēda. ergo re ſurrectiōi xp̄i multo mag̾. q꞉ vt dicitur Math. xxviij. In ei⁹ reſurrectiōne terre motus fact⁹ eſt magn⁹. Itē corā apliſ aſcendit in celū. Itē in die p̄thecoſtes ſpūſſanct⁹ in ſigno viſibili deſcendit ſuꝑ aplos. deīde vſq꞉ ī hodiernū diez nō ceſſant miracula eius reſurrectiōꝫ ꝯſitentib⁹. ſed ceſſant dubitātib⁹ nati onib⁹. O glīoſe xp̄e q̄nta miracula fe ciſti ſolum tꝑibus nr̄is. O q̄nta audi uimus. O quanta multa legimus in ſacris codicib⁹. O quāta ſumus expti Quis oīa illa explicare valet. certe nullus. Tercio ex p̄miſſis themat̾ vbis notem⁹ documentū reſurrectōiſ xp̄i localitateꝫ. vñ videlicet reſurrexit cū ḋꝛ ab angelo. Ecce loc⁹ vbi poſuerīt eum demōſtrando ſepulcrum. Uenit nāq꞉ rex celoꝝ xp̄s in anima cum mꝉ titudine animaꝝ ſanctoꝝ patrum de lymbo et angeloꝝ exercitu ⁊ in ſepul cro reuniuit ſcm̄ corpus aīe. De q̄ qui dem ſepulcro ḋꝛ ꝙ fuerit alienū. q꞉ iu ſti Joſeph. ad denotādum ꝙ diu non debebat retinere in morte illud ſcīm corpus. ſed reddere tanq꞉ alienū. Si ue ad denotandū ꝙ ſicut cauſaꝫ mor tis nō habebat ꝓpriam. etiā habitacu lum mortis nō haberet ꝓprium. ſepul crum enī eſt mortis habitaculū. Si ue ideo vt ſicut in aliena domo volu it naſci. ita ⁊ in alieno ſepulcro ſepeliri vt impleret quod dixerat Math. viij Uulpes foueas habēt et volucres ce li nidos. filius autē hominis non ha bet vbi caput reclinet. q. d. nec in mor te mea habui ꝓpriam foueam vbi ſe pelirer. Ideo notāter dicit angelus. Jeſum queritis ⁊c̄. Rogemus igitur crucifixum vt hic det gratiā et in futu ro gloriam. Ad quā nos perducat ⁊c̄. Amen.

Feria ſecunda poſt paſca. Sermo. lj.

Cio enim ꝙ

ſ redemptor meus viuit et in nouiſſimo die de terra ſurre cturus ſum ⁊ rurſum circūdabor pel le mea et in carne mea videbo deum ſaluatorē meū. Job. xix. qui illuſtrat⁹ ſpiritu ſancto p̄uidit redemptōem no ſtram per xp̄i mortē ac ipſius reſurre ctionem ad vitā immortalē. et ex hac reſurrectione ſua generalē omniū re ſurrectōem. quia xp̄i reſurrectio ē cau ſa nr̄e reſurrectionis. vt cōcludit apo ſtolus. j. Chor. xv. Si xp̄s predicatur ꝙ reſurrexit a mortuis. quō quidā in vobis dicunt ꝙ reſurrectio mortuoꝝ non eſt. Si autē reſurrectio mortuoꝝ

tegit͛ ſ; nõ cũ carne morit͛. Tertium q̃ carne tegit͛ ⁊ cũ carne morit͛. ſpũs nã. qꝫ q̃ carne nõ tegit͛ nec morit͛ ẽ angelorũ. ſcõs hoim. terti⁹ iumẽtoꝝ. Ex qb⁹ patet imortalitas aie rõnal͛. Tertio h̃ idẽ ꝓbat͛ rõne remũeratõis. De⁹ eñi ẽ a deo ſũme iuſt⁹ ⁊ bon⁹ ꝙ apd͛ i ipm nullũ bonũ remanebit irremũeratũ. nec aliqd̃ malũ ipunitũ. ſ; ſi aia moreret͛ moriẽte corpe mlta bona remanerẽt irremũerata ⁊ multa mala impunita. q2 mlti ſunt in h̃ ſeculo boni hũiles ꝟtuoſi q̃ tñ i egeſtate ⁊ tribulatiõe vixerũt. ⁊ ita mortui ſũt. Ecõtrario mlti flagitioſe ⁊ delitioſe viuẽtes glorioſe ſepulti ſũt. ⁊ ſic in hac vita nõ receperũt p̃miũ vite. iõ neceſſe ẽ ꝙ in alia vita recipiãt qd̃ fieri nõ poſſet ſi aia immortalis nõ eſſet. Quarto h̃ idẽ ꝓbari põt rõne iuſtificatõis. Nã ad diuinã iuſticiã ꝑtinet ꝙ id qd̃ eſt bñ ⁊ iuſte factũ nõ vergat in malũ finẽ. Sed ſm ꝓhm. iij. ethic. meli⁹ ẽ ſe morti ſubijcere ꝙ̃ maleſacta vel turpia ꝑpetrare. ⁊ h̃ ẽ veꝝ ſm oẽs leges ꝙ pot⁹ debet hõ pati mortẽ ꝙ̃ recedere a ſũma ꝟitate ⁊ iuſticia. Si ḡ deſtructo corpe deſtrueret͛ aia: deſtrueret͛ ⁊ iuſticia q̃ ẽ in ipa tanq̃ in ſubiecto. q2 deſtructo ſubiecto deſtruit͛ accidẽs. ḡ talis mortis ꝑpeſſio quã laudat omis rõ malũ haberet finẽ. qd̃ ẽ ꝯ diuinã iuſticiã; ſed deũ nõ decet facere ꝯtra ſuã iuſticiã. ḡ aia rõnalis ẽ imortalis. Quinto h̃ idẽ ꝓbat͛ rõne glificatõis. Nã ſm ꝓhm. iij. de aia ⁊ phiſicoꝝ. ij. Nihil eſt ocioſũ in fundamẽto nature. ⁊ Cõmẽtator. ij. methaph̃. ait deſideriũ naturale nõ eſſe fruſtratoriũ. ſed oẽs hoĩes naturaliter appetũt beatitudinẽ ſm Aug. xiiij. de trini. Si aũt mortuo corpore moreret͛ aia hoc deſideriũ eẽt fruſtratoriũ qd̃ ẽ impoſſibile. Q; aũt eẽt fruſtratoriũ ꝓbat͛ ꝑ boeciũ. q2 beatitudo eſt ſtat⁹ oim bonoꝝ aggregatione ꝑfect⁹. Et ſm Aug. xxij. de ciui. dei. Felicitas ẽ vbi nihil adeſt mali ⁊ nihil abeſt boni. ſed hoc nõ inuenit͛ in h̃ ſeculo. ḡ neceſſe ẽ ꝙ iueniat͛ i futuro. qd̃ fieri nõ poſſet ſi aia imortalis nõ eẽt.

Sexto hoc idẽ ꝓbat͛ rõne opatiõis ſic. Alia ẽ opatio corpis ⁊ alia aie. alia qꝫ ẽ natura vni⁹ ⁊ alia alteri⁹. Vñ Lactanti⁹ ait. Nõ ẽ par vtriuſqꝫ rõ. Solidũ ẽ eñi ⁊ cõphẽſibile corp⁹ ⁊ oculis ⁊ manu. aĩa ꝟo tenuis ⁊ tactũ viſũqꝫ fugiẽs. ḡ aia ſua tenuitate oẽ; tactũ fugit. nullo igit͛ ictu diſſolui põt. Septimo idẽ ꝓbat͛ rõne euacuatõis. ſ. morſus ꝯſcie. Si eñi mortuo corpe aĩa moreret͛ vacuũ videret͛ ⁊ vanũ in bonis opib; gaudere ⁊ in malis dolere. Cũ igit͛ naturalit͛ ita ſit ſm Hiero. ad demetriadẽ. ꝙ in oĩ bono ope leti cõſtãtes ⁊ intrepidi ſum⁹. ad oẽ aũt peccatũ aut erubeſcim⁹ aut timem⁹. ⁊ culpã facti nũc rubore vult⁹ nũc pallore mõſtram⁹ ac trepidãte aĩo. nec i minimis delict; ⁊ teſtẽ fugim⁹ ⁊ ꝯſciẽtia remordemur. ḡ natura mõſtrat vitã ſempiternã expectare ꝑ bonis. ⁊ penã pro malis opib; ſ; h̃ nullaten⁹ fieri poſſ; ſi aia imortalis nõ eẽt. ḡ ꝟe imortal͛ ẽ.

Secũdo hoc idẽ ꝓbem⁹ rõnib; phiſicalib; tribus ſc;

Primo rõne debilitatõis.
Secũdo rõne reflexionis.
Tertio rõne ꝓportionis.

Pmo imortalitatẽ aie rõnalis ꝓbem⁹ rõne debilitatõis ſic. Vnũqd̃qꝫ naturalit͛ ſeqt͛ ꝓprietatẽ ſue nature. ⁊ cũ oẽ deſtructibile paulatim deficiat donec ad vltimã corruptõ; veniat. ꝟtus aũt intellectiua ſuã duratõe ꝑficiat vt tãto ſit intelligere validior: q̃nto fuerit antiqor. iuxta illud Job. xij. In antiqs ẽ ſapia ⁊ multo tpe prudentia. ſeqt͛ ex h̃ ꝙ aia ĩtellectualis ẽ imortal͛. Si

ſo aliqs dicat q debilitato corpe vir tus aie deficit vt patet in ſenib. Dicē dū q hoc nō eſt p ſe ſʒ p accidēs. q2 aia indiget organo corpis ad intelligen dū. ꝛ iō illo debilitato ipa p accidens debilitat. q2 ſm phm. j. de aia. Qui di xerit aiam p ſe intelligere dicet ipaʒ fi lare ꝛ texere. Et idē phs ibidē dicit. q ſi ſenex accipiat oculuʒ iuuenis videt vtiqʒ ſicut iuuenis. ꝛ ſic aia ē incorru ptibilis. Secūdo imortalitatē anie pbem9 rōne reflexiōis. Nā nulla vt9 materialis et corruptibilis pōt ſup ſe reflecti. ſicut oculus non poteſt ſup ſe reflecti vt ſeipm videat. ſʒ aia rōnalis nata ē ſup ſe reflecti ſeipam cognoſcē do ac ſe ꝛ actū ſuū amādo. g vtus aie nō hʒ ꝯditionē materialiū ꝛ corrupti biliū. g ē incorruptibilis. Tertio h idē pbem9 rōne ꝓportiōis. Nā ſʒ phʒ ij. de aia. neceſſe ē eē ꝓportiōʒ inter po tentiā ꝛ obiectuʒ. Ut eīn aliqd videat oculo corpis neceſſe ē q ſit coloratuʒ. Si audiat aliqd neceſſe ē q ſit ſono roſū ꝛc. q2 color nō audit nec ſonus vi det. Si g obiectū ē corruptibile poten tia erit corruptibilis. ſʒ aia rōnalis in tellectualis p obiecto habet vitateʒ q̄ ē incorruptibilis. q2 ſm Aug. in ſolilo quio. vitas ē talis nature q ipa vita tis negatio vitatē ponit. ꝯfirmat p̄ dicta tali rōne. Ois vt9 ſenſibil ꝛ cor ruptibilis ledit ab obiecto excellente ſicut ocul9 a ſplēdore ſolis. q2 vt9 ſen ſibilis mag delectat in medio qʒ i ex tremo ſm ꝑ[illegible] ij. d aia. ſʒ aia rōnal intelligēs maiora ꝛ maxima mag de lectat ꝛ magis ꝑficit. cuʒ eīn intellect9 ꝑcipiat ſuū creatorē ꝛ in eo mag dele ctet. g ē imortalis. q2 nō habʒ ꝯriū a q̄ corrūpat. intelligēdo eīn verū ꝛ falſuʒ vbiqʒ delectat. Tertio ꝓterea q aia ſit imortalis pbem9 rōnib ciuilibus Nā dicit. ij. ethic. q intētio cuiuſlibʒ le giſlator ē ciues facere bonos ſʒ ſi aia mortalis eēt modicū iuuarēt leges hu mane. nec eēnt tante leges ſed ſolū il le q̄ ꝑtinerent ad pacificū ſtatū ꝛ non que ad mores ꝛ vtutes. Item ſi aīa eſſet mortalis cur morti ſe exponerēt milites ꝓ patria ſed cōſiderant q pro vtilitate cōitatis tuenda p̄ſentē vitaʒ exponūt vt aliā recipiant. Secūdo ex p̄miſſis thematis vbis pbem9 aie rōnalis imortalitatē autenticis dict cū dicit. In oibus q̄ locuti ſunt ꝓphe te. Aie eīn imortalitatē ꝑdixerūt ꝓphe te ꝛ nō ſolū ꝓphe ſʒ ꝛ ipē dei fili9 ac etiā pōi gētiles. Uñ trib generib autori tatum aīam fore mortalē pbemus. ſ.

Primo codicū ſacroꝝ.

Secundo dictoꝝ phoꝝ.

Tertio ſcriptoꝝ politicoꝝ.

Primo anime imortalitatē pbemus ſacris ſcripturis. Dicitur eīn Dañ. xij Multi de his qui dormiunt in terre puluere euigilabunt. alij in vitaʒ eter nam. alij in obprobriū ſempiternuʒ. Et Sap. v. Juſti autē in perpetuū vi uent. Et Joh. xj. ait xp̄us ꝓpheta ma gnus. Qui credit in me etiā ſi mortu us fuerit viuet. ꝛ omis q̄ credit in me nō morietur in eternū. Deinde Math. x. Aiam autē nō poſſūt occidere. Ecce ipa vitas xp̄s q̄ ꝓ aiabus mori digna tus ē clamat aiaʒ fore imortalē. Se cūdo h idē pbem9 dictis phoꝝ. Dixit nāqʒ Macrobi9 exponendo ſomniū ſcipionis. Sic habeto oib q̄ patriaʒ ſuauerūt ꝗduſqʒ vixerūt certū eē in celo diffinitū locū vbi beati ſempiter no euo fruūtur. Et Empidocles vt re citat Areſto. in proemio libri de vege tabilib ꝛ plant ait. Future felicitatis appetitu nihil ē felici9. Hinc Plato i fedrone ait. Perfectus ꝛ purgat9 hic tranſiens cuʒ deo habitabit. Et i Ty meo ſic inquit. Aīa ē immortalis et

que fuit lata irreuocabilit̄.ideo null⁹ vnq̄ȝ ab hac sñia excipit̄. Sȝ sñia eter/ne dãnatiõis fuit dilata vſq; ad gene/ralē reſurrectiōȝ ſi q̄s remediū inueni re voluerit. Secūdo generalē reſur rectionē pbem⁹ ſcrōꝝ auctīb. Ueniāt igit̄ oēs pphe apl'i ⁊ ſcti ⁊ dicāt q̄d ſpi/ritu ſancto illuſtrati ſentiāt. Dic Eſaia q̄d tibi videt̄ de reſurrectōne generali Rñdet.xxvj.ca. Uiuēt mortui interfe ctiq; veſtri reſurgent. Dic etiam tu ſan cte Daniel quid tibi videtur. Reſpon det.xij.c. Multi d̄ his q̄ dormiūt ī ter re puluere euigilabūt alij ī vitā etnaȝ alij in obprobriū vt videant ſp. Quid tu patiētiſſime Job ſentis de hoc. Re det.c.xix. In nouiſſimo die reſurrectu rus ſum. Accede ⁊ tu ſancte paule ele/ctionis vas ⁊ dic q̄d tibi videt̄. Dic.j. Cho.xv. Om̄s q̄dē reſurgem⁹ Et.j.ad Theſ.iiij. Nolumuſ vos ignorare de dormiētib vt nō ɔtriſtemini ſicut ⁊ ce teri q̄ ſpem nō habēt. Si eñ credim⁹ q̄ ieſus mortu⁹ eſt ⁊ reſurrexit.ita ⁊ de us eos q̄ dormierūt p ieſum adducet cū eo. Et q̄ꝛ longū eſſet ſingulorūȝ di/cta recitare:ideo accedat xpiana vera fides que omniū dicta tenet: ex quib ſcit mundi initiū mediū ⁊ finē.ſcit q̄q; quid debet̄ bonis q̄d vero malis p q̄ altiſſimus deus placabit̄ ⁊ p que re/conciliabitur. Dicatq; quid ſentiat de generali reſurrectione. Que reſpōdet ī ſymbolo Athanaſij dicens. Om̄es ho mines reſurgere habēt cum corpibuſ ſuis ⁊ reddituri ſūt de factis proprijs rōnem. Nō ſaluator mūdi ⁊ primitie dormientiū qui eſt primogenit⁹ mor tuorum ɔfirmat Job.v. Procedēt hi qui bona fecerunt in reſurrectōem vi te.qui vero mala egerunt in reſurre/ctionem iudicij Tertio generalē re/ſurrectiōem pbemus innumeris exē/plis reſuſcitatoꝝ tam veteris q̄ȝ noui teſtamenti. Scribitur nāq;.iij. Regū xvij.q̄ Helyas pcibus ſuis filium vi due ſuſcitauit qui iam mortuus erat De quo dicit Hieronymus in plogo ſup Jonam. Sanctū Jonam hebrei affirmant filiū fuiſſe mulieris vidue ſareptane quē Helyas ppheta mortu um ſuſcitauit. Et.iiij. Regum.iiij.ca. habetur.q̄ Helyſeus extinctū filium mulieris precib ſuis ad vitaȝ reuoca/uit. Et eiuſdem.xiij.c.dicitur q̄ mor/tuum corpus Helyſei mortuū ſuſci/tauit. Ueniamus aūt ad campuȝ no ui teſtamenti ⁊ ibi cōſpiciamus flores ſanctoꝝ q̄ꝝ odore mortui reuiuiſcunt Incepit ſiquidē caput noſtrū chriſtuſ ⁊ tres mortuos ſuſcitauit.vt habetur Luce.vij.c. Matth.ix.⁊ Job.xj. Dein de Petrus m̄ltos. Andreas quadra ginta mortuos ſemel ſuſcitaſſe legit̄. Paulus vt habetur Actuū.xx. apud troadem nomine Eutychū ſuſcitauit O quot in diuerſis partibus per ſan/ctorū merita ſunt reſuſcitati:certe nul lus explicabit. Nam etiā noſtris tem porib multos audiuimus et ſcimus reſuſcitatos.que om̄ia clamant reſu/ſcitatiōem corpoꝝ futurā. Unde potē tiam diuinā ⁊ ad reſuſcitādum effica/cem cōmemoremus in ſeptē dormien tibus.qui in ciuitate Epheſi orti ſunt ſcȝ Maximianus. Malchus. Mar cianus. Johānes. Serapion. Cōſtan tinus ⁊c. Hi cum accuſati fuiſſent dy ocleciano exiſtenti Epheſi q̄ eſſent xpi ani dato eis reſipiſcēdi ſpacio vſq; ad reditum Decij qui puinciā viſitatur⁹ erat dimittunt̄. At illi patrimoniū ſu um interim in paupes expendētes:in ito concilio in montē Celyon receſſerūt ⁊ ibi eſſe ſecretius decreuerūt. Diu er/go ſic latentibus;vnus coꝝ Malch⁹ mutato habitu ne cognoſceretur:ad emendum panes ciuitatem intrabat

Cum aũt Decius rediſſet ⁊ eos ad ſa/
crificandũ reqri iuſſiſſet: Malchꝰ ter/
ritꝰ ad ſocios redijt. q̇ ſedẽtes ⁊ collo/
quẽtes in luctu ⁊ lachrymis dixit ma
ximianus. Hoc deꝰ ſcit ꝙ nunꝗ̃ ſacri
ficabimus. ⁊ ſic in lachrymis ſicut de/
us voluit dormierũt. Mane autẽ fa/
cto cũ innotuiſſet decio illos ĩ ſpelun/
ca latere: iuſſit os ſpelunce lapidibus
obſtrui vt ibi fame morerẽtur. Mor
tuo ergo Decio poſt annos. cxcvj. tpe
Theodoſij impatoris pullulauit he/
reſis eorum qui negabant reſurrecti/
onem mortuorꝫ. Unde contriſtatus
Theodoſius indutus cilicio ꝑ ſingu
los dies flebat. quod miſericors deus
videns theſaurꝫ ſue pietatis aperuit.
Miſitqꝫ in cor cuiuſdam burgenſis
epheſi. vt in illo monte edificaret ſta/
bulum paſtoribꝫ ſuis Cementarijs ḡ
aperientibus ſpeluncã ſurrexerũt ſan
cti ⁊ putabãt ſe vna nocte tm̃ dormiſ/
ſe. Malchus vero ad vrbem deſcen/
dere diſpoſuit vt panes emeret. et q̇d
de ipſis diceretur ſentiret. Et cum de/
ueniſſet ad os ſpelunce videns lapi/
des miratus eſt. Ueniens aũt ad por
tam vrbis vidit ſignũ crucis ſuperiꝰ
depictum. Cũ admiratione igiť et ti/
more ingreditur vrbẽ in qua neminẽ
cognoſcebat. Audiebatqꝫ homĩes lo/
quentes de chriſto. ſic ſtupefactus ac
ceſſit ad eos qui panes vendebant. et
cum argenteos ꝓtuliſſet: mirati vẽdi
tores dicebant ad inuicẽ. ꝙ ille iuue/
nis antiquũ theſaurꝫ inueniſſꝫ. Mal
chus vero eos ad inuicem loqui vi/
dens territus rogabat eos vt ipſum
dimitterent ⁊ panes ⁊ pecuniam reti
nerent. At illi tenentes eum dixerunt.
Unde es tu qui theſauros imperato
rum inueniſti. indica nobis ⁊ erimus
ſocij tecum ⁊ celabimus te. At ille q̄ſi
inſanus ſtabat. Illi vero clamare ce/
perunt ꝙ theſaurũ inueniſſet. Addu/
xerunt eũ ad epiſcopũ ciuitatis nomi
ne Mamertinũ ⁊ ad ꝓconſulẽ nomi
ne Antipatrẽ. qui cũ vidiſſent argẽte/
os iterrogaſſentqꝫ Malchum vbi il/
los inueniſſet. ꝓcidens ante eos dixit
Pro deo dicite mihi vbi ẽ Decius ipe
rator qui heri fuit in hac ciuitate. Epi
ſcopus ait. Fili nõ eſt in terra hodie q̇
Decius impator nominet. hic fuit q̇/
dam ſed ante longuꝫ tempus. Mal/
chus dixit. in hoc ſtupeo ⁊ nullus mi/
hi credit. ſed ſequimini me ⁊ oſtẽdam
vobis ſocios meos qui mecũ ſunt in
monte celyon ⁊ ipſis credite. Hoc enĩ
ſcio. ego em̃ heri vidi ꝙ Decius in hãc
vrbem ingreſſus eſt ⁊ nos fugimus a
facie eius. ſi tamen hec ẽ ciuitas ephe/
ſi. Tunc epiſcopus dixit ꝓconſuli. Ui
ſio eſt: quã nobis vult dominꝰ oſten/
dere in iuuene iſto. Perrexerunt ergo
cum eo multitudo populi. ⁊ inueneřt
ſicut Malchus dixerat. Uidenteſqꝫ
facies ſanctorum glorificauerunt de/
um. nunciauerũtqꝫ rem tã grandem
imperatori. Qui mox ex conſtantino/
poli epheſum veniens iuit ad locum
vbi ſancti morabãtur. Amplexatuſqꝫ
illos dicebat. Sic video vos tanqꝫ ſi
viderem dominũ reſuſcitãtem Laza
rum. Tunc dixit ſanctus Maximia
nus. Crede nobis ꝙ propter te ſuſci/
tauit nos deus. Ex his dictis conſo/
latus eſt totus populus chriſtianorũ
et cunctis videntibus inclinantes ca
pita ſua in terram ſpiritum domino
reddiderunt. Surgens autẽ impera/
tor cecidit ſuper eos flens ⁊ deoſculãſ
eos. Cumqꝫ iuſſiſſet fieri loculos aure
os in quibus mitterẽtur. in ipa nocte
apparuerunt imperatori dicentes. vt
ſicut hactenus in terra iacuerunt ⁊ de
terra ſurrexerunt. ita eos dimitteret.
donec illos deus iterum ſuſcitaret.

Juſſit ꝙ imperator locū illū ī honorez ꝛ mēoriā eorum ornatꝰ lapidibꝫ decorari. qd ꝛ ita factū ē. L Secūdū ſalutare documētū inſinuatur de reſurgētiū qualitate: cū dr. Et rurſū circūdabor pelle mea. ſ. ꝛ nō alia. Un̄ circa reſurgentiū ꝓprietates notemꝰ qtuor qlitates ſcꝫ

Primo qualitatē loci.
Secūdo qualitatē tpis.
Tertio qualitatē modi.
Quarto qlitatē diſpoſitiōis.

Primo nāqꝫ circa reſurgentiū ꝓprietates notemꝰ qlitatē loci ī ꝙ vicꝫ loco mortui reſurgāt. Et dicit Rich. in. iiij di. xliij. ar. v. q. iij. ꝙ ſi corpa mortuorum ſiue illorum pulueres fuerint in monumētis ibidez reformabunt ꝛ reſurgēt. iuxta illud Ezech. xxxvij. Ecce ego aperiā tumulos vr̄os ꝛ educā vos ď ſepulchris veſtris populꝰ meꝰ. Si aūt corpora nō erūt in monumētis reſurgēt in illis locis in qbus tpe reſurrectōis erit ps ꝑncipalior corpis. Si aūt illo tpe ꝯtingat alicuiꝰ corpis ptes eē ī pluribꝫ locis: vtpote qꝛ medietas cordis eēt in vno loco. ꝛ medietas ī alio. ꝛ ſic ď capite ꝛ aliis mēbris: tūc reſurrectō fiet in loco vbi deꝰ volet. Si aūt ī vno loco eēt cor totū ꝛ in alio totuꝫ caput. tunc quidā dicūt ꝙ reſurrectio fiet in eo loco vbi erit cor. quia ipm formatur ꝑus qꝫ cetera mēbra. vt dicit Areſt. iij de aīalibus. et ſic eſt primū viuens et vltimū moriens in homie. Ideo circa cor alia mēbra cōgregabunt ſicut circa centrū. Alij vero dicūt ꝙ homo reſurget vbi tunc erit caput. quia vt habet. ff. de religioſis ꝛ ſumptibꝫ funerū l. cū in diuerſis. Ibi eſt homis ſepultura vbi eſt caput hominis ſepultuꝫ. Quicqd aūt de hoc ſit relinquamꝰ ipi deo cuiꝰ vtute fiet mortuorum reſurrectio. Secūdo qꝫ circa reſurgētiū ꝓprietates notemꝰ qualitatē tpis quo videlicet tpe fiat reſurrectio mortuorū. Ubi ſciendū ꝙ reſurrectōis tps ꝑtim ē nobis cognitū ꝛ ꝑtim ignotum Eſt cognitū ꝙ ad hoc ꝙ erit ī fine mūdi. iuxta illud Job. xj. Reſurgent ī nouiſſimo die. Silr Matth. xx. dic ſaluator. Cū ſero factū eſſet dicit dn̄s vinee ꝓcuratori ſuo. i. deꝰ pater xp̄o. Uoca operarios ꝛ redde illis mercedē. Ignotuꝫ vero omino eſt nobis quo āno fiet mortuorū reſurrectio omniū. cuꝫ dn̄s dicat Mar. xiij. De die auteꝫ illa ꝛ hora nemo ſcit neqꝫ angeli neqꝫ filiꝰ Eſt autem filius dei quidam naturalis. id eſt chriſtus. ꝛ iſte ſcit omnia que ſcit pater. Alius filius eſt adoptiuus ſicut ſūt oēs ſācti. ꝛ ſic voluit chriſtus dicere ꝙ diē reſurrectionis nec angeli nec ſancti ſciūt. vel licet ſciāt tn̄ vt hoībus reuelēt ſic neſciūt. Quidā tn̄ rōnabiliter opinantur annū: menſem: dieꝫ et horā reſurrectionis. Primo opinantur annū. de quo dicūt ꝙ in ſeptimo millenario a mūdi creatōe finietur mūdus ꝛ tūc erit reſurrectio eo ꝙ ſeptimo die deꝰ a creatiōe requieuiſſe dr. Un̄ ꝛ ſeptē diebꝫ totꝰ annꝰ reuoluitur. ſed certe h̄ qꝛ autoritatē ex ſacra ſcptura nō hꝫ eadē facilitate ꝯtēnitur ꝙ ꝓbatur ꝓſertim cū ſaluator diſcipulis h̄ qrētibꝫ dixit Act. j Nō ē veſtruꝫ noſſe tpa vel momēta ꝙ pr̄ poſuit ī ſua ptāte. De mēſe ꝟo opinantur ꝙ reſurrectio oīm in marcio fiet. eo ꝙ tūc xp̄s reſurrexit. De die autē dicūt ꝙ erit die dn̄ico. vt ſic illa dies ē initiū mūdi: ꝛ erit finis ſine fine. qꝛ dicit ph̄s ꝙ ꝑfectiſſima figurarum ē circulus. ꝙ vbi incipit ibi terminatur: ſic opꝰ dī ē ꝑfectiſſimū qd vbi īcipit ibi dꝫ terminari. De hora em̄ reſurrectōis dic̄ Richard. in. iiij. di. xliij. ar. vj. q. ij. ꝙ motus ſolis ceſſabit circa ortum ſolis luna exiſtente in occidente. quia in tali diſpoſitiōe ſol ꝛ luna creduntur crea-

ti fuiſſe. Et q2 in illo inſtanti in q̄ ceſſabit motus celi erit cōmunis reſurrectio mortuoꝝ. exceptis paucis qui in aduentu iudicij inuenient̄ viui. Et ſic concedendū eſt ꝙ reſurrectio communis nō erit in nocte. quia tamē exiſtentibus in oriente citius eſt dies q̄ꝫ exiſtentibus in occidente. Et mortuoꝝ quidā reſurgunt in oriente. quidā in occidente. Ideo quidā reſurgunt in nocte per comparationē ad locum in quo reſurgunt. per comparationē autē ad locū in quo tenebit̄ iudiciū erit ſol in ortu anteq̄ꝫ quis reſurgat. De illo ꝟo quod dicit̄ in euangelio. Media autē nocte clamor factus eſt. Et d̄ illo. Dies dn̄i ſicut fur ita in nocte veniet: dicit glo. Aug. Media nocte: id eſt nullo ſciente aut ſperante. et iō aduentus dn̄i compat̄ furis aduentui. quia ſicut fur hora qua nō putat̄ venit: ſic eſt de xp̄i aduentu ad iudiciū. Et ſic ſicut iudiciū fiet in mane: ita et reſurrectio mortuoꝝ. iuxta illud Sopho. iij. Dies illa magna dies ire dies calamitatis ⁊ miſerie dicit̄. Tertio circa reſurgentiū ꝓprietates notemus qualitatē modi. quō videlicet mortui reſurgent. Circa quoꝝ reſurrectionē tria erunt ſcilicet.

Primo oīm incineratio.
Secūdo filij dei apparitio.
Tertio tube vlulatio.

Primo dixi ꝙ in reſurrectiōe erit omniū incineratio. Anteq̄ꝫ veniat enī xp̄s ad iudiciū mittet ignē magnū ꝑ totū mundū qui purgabit aerē aquā ⁊ terrā. iuxta illud Ps. Ignis ante ip̄m p̄cedet. Et. ij. Pe. iij. Adueniet dies dn̄i vt fur in quo celi magno impetu trāſient. elemēta ꝟo calore ſoluent̄. Iſte enī ignis vt dicit magn⁹ Albert⁹ habebit quadruplicē actū. Primū actū habebit q2 purgabit mundū incipiēs in ſupiori pte vbi altitudo aque diluuij attigerat. ⁊ deſcēdet deorſū contra naturā ignis tanq̄ꝫ inſtrumentū diuine iuſticie. Secūdū actū ille ignis habebit actū ignis purgatorij. Nā vt dicit mgr̄ in. iiij. di. xlvij. ꝙ electos purgabit q̄ ſūt purgandi. eos aūt q̄ nō indigēt purgatiōe nō ledet. Tertiū actū habebit actū nature noſtri ignis. q̄a corpa ⁊ oſſa oīm incinerabit. ſm̄ illō Gen. iij. Cinis es ⁊ in cinerē reuerteris exceptis corpibus xp̄i ⁊ beate ꝟginis vt dicit Richard. in. iiij. di. xliij. ar. iiij. q. ij. Inſup omēs arbores incinerabit herbas. metalla. veſtes O deus eterne tūc quāta erit amaritudo dānatis videntibꝫ ꝙ ꝓpter cineres ꝯtēpſerūt optimū deū. Quartū actū habebit ille ignis actū ignis infernalis q2 cruciabit reprobos poſtq̄ꝫ reſurrexerint. iuxta illud Ps. Et inflāmabit in circuitu inimicos ei⁹. Nā oēs tā electi q̄ꝫ reprobi reſurgēt in igne. ſm̄ qḋ canit eccleſia. Dū veneris iudicare ſeculū per ignē. tn̄ nō cruciabit electos ſicut noſter ignis nō leſit pueros ī fornace ardenti Dan. iij. Secūdo in reſurrectōe generali erit filij dei apparitio. poſtq̄ꝫ enī corpa oīm incinerabunt̄ tūc apient̄ celū ⁊ excūtes omēs celoꝝ ꝟtutes. Archāgel⁹ michael deferet crucē xp̄i de q̄ dicit ſaluator Matth. xxiiij. Tūc apparebit ſignū filij hoīs. Ali⁹ angelus p̄ſentabit clauos. Terti⁹ ſpineā coronā. Quart⁹ lanceā. Quītus flagella. Sext⁹ colūnā ⁊ chordā. Septim⁹ ſpōgiā. Deinde exibit rex glorie xp̄s quē imediate comitat̄ beata ꝟgo maria. deinde tota celeſtis curia. Et vt dicit Rich. in. iiij. di. xlvij. xp̄s paulatī ſucceſſiueq̄ꝫ deſcēdet de celo a pte orientali. q2 ſicut aſcēdit Act. j. ſic veniet quēadmodū vidiſtis eū euntē in celū. Et tūc mittet angelos ſuos p̄cipiēdo eis

vt colligāt oēs cineres corpoꝝ.ꝛ collo
cent ſup̄ ſepulchꝝ. Tūc p̄cipiēdo dicꝫ
ſolus xp̄s. Surgite mortui. Et ſtatim
ſtabunt om̄es ſupꝫ pedes. hoc ē qḋ di
cit Job.v. Mortui audient vocem fi
lij hominis.ꝛ qui audierint viuent.

¶ Tertio in reſurrectiōe generali erit
tube vlulatio. Dicit em̄ Richar.i.iiij.
di.xliij.ꝙ poſt ꝙ aīe corporibꝫ erūt vni
te ſtatim archangeli qui fuerūt cuſto
des p̄uinciarū quas cuſtodierūt cla/
mabūt fortiter ꝛ ſenſibiliter ſono arti
culato mediante aliqua ſenſibili crea
tura formata. Quid vero hec vox tu/
be ſonet dicit Hiero. ſup Math. Quo
tiens diem illū conſidero toto corpo/
re contremiſco. Siue em̄ comedaꝫ.ſi/
ue bibā ſiue aliqḋ aliḋ faciā ſꝑ videt̄ il
la tuba terribilis ſonare in auribꝫ me
is. ſurgite mortui ꝛ venite ad iudiciū
O peccator dulcedine mundi inebria
te quid audis quid cogitas. ſi tā ma/
gnus ſanctus cuius ſanctitas iohan
ni baptiſte comparat̄.ꝛ qui quotidie
ſanguinē pro chriſto fundebat.ꝛ etiaꝫ
de aqua cū menſura bibebat ſic iudi/
ciū timebat. Quid deberes tu facere q̄
in ſordibus iaces peccatoꝝ multorū.
O cecitas peſſima filioꝝ adaꝫ qui vix
credunt iudiciū. cuꝫ tamen dei filius
totam ſeriem expoſuit Matth.xxiiij.
Et Ap̄l'us.j.Theſ.iiij.dicit. Ip̄e dn̄s
in iuſſu ꝛ voce archāgeli ꝛ in tuba dei
deſcendet de celo. M Quarto cir
ca reſurrectionis proprietatem note/
mus reſurgentiū diſpoſitionis quali
tatē. quales videlicet erunt qui reſur
gent. Circa quod notemus tres eorū
qualitates ſcilicet

Primo qualitatē etatis.
Scḋo qualitatē quātitatis.
Tertio qualitatē formoſitatis.

Primo ſiquidē notemus qualitateꝫ
etatis in qua videlicet etate om̄es re/
ſurgent. Et dicendū ſm intentionem
Richar.in.iiij.di.xliij.ꝙ in etate viri
li ſm ꝙ adam fuit factus in etate vi/
rili. Naꝫ ꝛ chriſtus dominus mortu/
us fuit in etate virili. Ideo dicit ma/
giſter in.iiij.ꝛ habet̄ Eph.iiij. ꝙ om̄es
in eadeꝫ etate reſurgent in qua xp̄us
mortuus eſt ꝛ reſurrexit cuiuſcūqꝫ eta
tis mortui fuerint. Unde in iudicio
nullus erit puer nec ſenex ſed virilis.

Secundo quoqꝫ notemus quali/
tatē quantitatis. in quanta videlicet
magnitudine reſurgant. Et reſpōdet
Richarḋ.ꝙ nō om̄es erunt in ſimili
quantitate: ſed quilibet reſurget in ea
quantitate ꝛ ſtatura que vnicuiqꝫ de
bebat̄ naturaliter. Nā quidā natura/
liter maiores fuiſſent q̄ꝫ videm9 nūc.
ſed aut per infirmitatē: aut per nutri/
menti defectū ſunt tales. Ibi igit̄ non
erit gygas. nec gnauus. Aliquis tamē
altero erit maior ſm ꝙ ſua natura ſe
extenderit. Ut em̄ dicit magnus Al/
bertus reſurrectio tria corrigit in na/
tura ſcꝫ defectū ſicut in pueris et mu/
tilatis. ſiue in diminuta natura ſicut
defectū manuū vel pedum vel hmōi.
aut ſuperfluū ſicut vnguiū criniuꝫ et
huiuſmodi. aut erroreꝫ ſicut eſt mon/
ſtruoſitas membroꝝ. Tertio nāqꝫ
notemus qualitatē formoſitatis. om
nes em̄ homīes tam electi q̄ꝫ reprobi
reſurgent ſine diminutiōe. iuxta illud
j.Corꝫ.xv. Mortui reſurgent incorru
pti. Q, autē chriſtus reſurrexit cum ci
catricibus hoc fecit ex ſingulari priui
legio. De corporū auteꝫ damnatoruꝫ
deformitatibꝫ quidā dicunt ꝙ mane
bunt ad maiorē eorū confuſionē. Alij
vero dicunt ꝙ reſurgent ſine illis. Qḋ
Aug9 in enchiri. reliquit indetermia/
tū. Ueruntamen corpus damnati erit
tam deforme ꝙ anima reſumēs ip̄m
ſtupebit ꝛ ipſum videre abhorrebit.ꝛ

velletpotius habere corpus tale qd̃ erat quando dimidiū corroſum fuerat a vermibus. ⁊ erit ita paſſibile q̄ ſi eum vna feſtuca tangeret plus lederetur q̄ ſi modo cum gladio vulneraretur. O ſtulti filij adam poſt carnem ambulantes: audite quid fiet de vobis. Cur igitur carnis appetituꝫ non frangitis. cur ad ſeruiendū deo nō cogitis. Beatoꝝ vero corpora dotabūtur quatuor dotibus. Primo impaſſibilitate. ſm enī Richard. ſuper. iiij. ex virtute anime reſultat tanta vis in corpus q̄ a nullo exteriori agente valebit immutari. nec vnq̄ ledi aut corrūpi. Unde dicit̃. j. ad Cor. xv. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionē. ⁊ mortale hoc induere imortalitatē. Si igit̃ ponerent̃ in igneꝫ infernalē nunq̄ lederent̃. Secundo electoꝝ corpora dotabunt̃ ſubtilitate: ita q̄ oīa metalla poterūt penetrare. Corpus tamē glorioſū nolente eo cuius eſt nō poterit. Hinc dicit̃. j. Cor. xv. Seminat̃ corpus aīale ſurget corpus ſpirituale. i. ſpiritui ſimile q̄dam modo. Tertio electoꝝ corpora dotabunt̃ agilitate. Naꝫ in ictu oculi in maius ſpaciū poterit corpus glioſuꝫ moueri q̄ ocul⁹ videret. Un̄ Aug⁹ li. de ciuit. dei. Ubi volet ſpūs: ibi ꝓtin⁹ erit ⁊ corpus. Dicit enī Durandus q̄ corpus gl'oſū mouet̃ motu organico nec mouet̃ ſimul queadmodū graue deorſū. verūtamē mouet̃ ſm aīe volūtatē cui penit⁹ obedit. Quarto corpora electoꝝ dotabūt̃ dote claritat̃. Nā ex aīa redūdabit mira claritas in corpus. iuxta illud Mat. xiij. Fulgebūt iuſti ſicut ſol in regno patris eoꝝ imo ſepties clari⁹ erit corp⁹ glioſū q̄ mō ſol. q2 vt dicit Eſa. xxx. Erit tūc lux lune ſicut lux ſolis ⁊ ſol ſeptēplicit̃ fulgebit. O de⁹ eterne q̄s nō ſeruiet tibi. certe niſi deceptus. Tertiū ſalutare documentū in verbis thematis inſinuat̃ reſurgentiū finalitas: cū dicit̃. Et in carne mea videbo deū ſaluatorē meuꝫ. Electi enī ad hunc finē reſurgent vt videant deuꝫ ſemꝑ in quo eſt om̄is beatitudo. ⁊ beatificati ex viſione tali eternaliter deū laudēt. Jō poſt q̄ reſurgent mox ꝓcedēt obuiā xp̄o in aera. Reprobi ṽo ideo reſurgēt vt videant glorioſaꝫ ſaluatoris faciē ipſis terribilē quē hic cōtēpſerūt. Jdeo accepturi irreuocabilē mortis ſententiaꝫ merentur. Qua quidē ſententia ꝓlata mox terra ſcindet̃ ſub pedib⁹ eorum. ⁊ iuſſu dei ignis conflagratiōis inuoluet eos cū omnibus fauillis et fecibus mundi ac demonibus ⁊ precipitabit in infernū. O deus eterne q̄le erit ſpectaculū. Electi quidē hec videntes incipient laudare diuinaꝫ iuſticiam ⁊ miſericordiā. Et cum immēſo gaudio reuertent̃ ad eternam gloriam. Ad quā nos perducat domin⁹ ieſus qui reſurrexit a mortuiſ regnās cum patre ⁊ ſpirituſancto in ſecula ſeculoꝝ amen.

De eadē feria ſecunda paſce
Sermo lij.

O Stulti et tar

di corde ad credendū in omnibus que locuti ſūt ꝓphete. Nōne hec oportuit pati xp̄m ⁊ ita itrare i gl'iaꝫ ſuā Lu. vl. c. ⁊ i euāgelio hodierno. Uerba ſūt reſurgēt. xp̄i duobꝫ diſcipulis. ſ. cleophe ⁊ ſm Gre. luce: loquētis q̄ ipa die reſurrectiōs dn̄i ibāt a hieruſalem verſus caſtellū emaus. quod diſtat a hieruſalem ſtadijs ſexaginta: id eſt ſeptem miliaribus ytalicis cum dimidio. Jn quo euangelio euāgeliſta tria ſpecialiter inſinuat

diſcenda.ſcꝫ

Primo diſcipulorum dubitatõem et oblocutionem

Scdo xpi dñi ↄditõem ꝛ reſurrectõnis ꝓbatiõem

Tertio diſcipulorum deuotiõeꝫ et xpi cognitiõem.

Primo euãgeliſta inſinuat diſciplorum dubitatõem. ꝛ de hac alternatiuã collocutõem dicẽs. Et ipſi diſcipuli loquebantur ad inuicẽ de his omnibꝫ q̃ acciderant. Et factũ eſt dum fabularentur ꝛ ſecum quererẽt. et ipſe ieſus appropinquãs ibat cum illis. Oculi aũt eorum tenebãtur ne eum agnoſcerẽt. Ubi dicit Gregorius. Quia amabãt videbant. quia vero dubitabant euꝫ quẽ videbãt nõ agnoſcebãt. Secundo euãgeliſta inſinuat xpi dñi ↄditionem ꝛ ſue reſurrectiõis ꝓbatiõem dicens. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſmones quos cõfertis ad inuicẽ ambulãtes ꝛ eſtis triſtes. Et rñdẽs Cleophas dixit. Tu ſolus pegrinus es in hieruſalem ꝛ nõ agnouiſti que facta ſunt ĩ illa his diebꝫ. Sicut em̃ in cordibꝫ eorum xps erat pegrin⁹ a vera fide. ita eiſdem ſe repſentabat. Quibus dixit. Que facta ſunt. ꝛ dixerũt. De Jhu nazareno qui fuit vir ꝓpheta potens ĩ ſermone ꝛ ope. ꝛ quõ tradiderũt eũ ſummi ſacerdotes ꝛ crucifixerũt euꝫ. Nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus iſrael. Eſt nunc tertia dies hodie ꝙ hec facta ſunt. Sed ꝛ mulieres quedam de noſtris fuerunt ad monumẽtũ ꝛ nõ inuẽto corpe dixerũt ſe viſionẽ angelorum vidiſſe. ꝛ abierunt quidam ex nobis ꝛ ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt. Et Jeſus dixit ad eos. O ſtulti ꝛ tardi corde ad credẽdum. ꝛ incipiens a Moyſe ꝛ omnibꝫ ꝓphetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis que de ipſo erãt. Et dũ appropinquãſſent caſtello finxit ſe lõgius ire. ꝛ coegerunt eũ dicẽtes. Mane nobiſcum dñe quoniã adueſpaſcit

Tertio euãgeliſta inſinuat diſcipulorum deuotõem ꝛ chriſti cognitionẽ: dicens. Et intrauit cum illis. ꝛ factũ eſt dum recumberet cũ eis accepit paneꝫ et benedixit ac fregit ꝛ porrigebat illiſ Et aperti ſunt oculi eorum ꝛ cognouerunt. Et ipſe euanuit ex oculis eoruꝫ. Et dixerunt ad inuicẽ. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via. Unde ſi ſpiritualiter in nobis habemus que iſti peregrini habebant erit chriſtus comes itineriſ noſtri. Jſti enim ambulabant: triſtabantur ꝛ de chriſto fabulabantur. ſed chriſtus ſe eis iungit: cor vrit: ſcripturas aperit: ꝛ ſe ire longius fingit. Si tales eſſemus laborando contra accidiam. triſtando contra vanam leticiaꝫ. de chriſto loquendo contra vaniloquium. tunc xps ſe nobis iungeꝫ. cor accenderet. ſcripturas aperiret ꝛ intellectum daret: licet aliqñ longi⁹ ſe ire fingeret vt nos ꝓbaret. Peregrinus em̃ ab omnibus ad ſe non pertinentibuſ ſe exonerat. viam querit. toto deſiderio patriam appetit. Eſto talis pegrinus: et chriſtus tibi ſicut illis tempuſ abbreuiat per dulce vie colloquium. viam inſtruit dans verum intellectũ pane benedicto reficit intellectum. et ſi coegeris fingentẽ ſe longius ire manebit tecum qui prius dicebat. O ſtulti ꝛ tardi corde ad credendum ꝛc̃. Unde ex his thematis verbis anime immortalitatem (dei gratia) tripliciter vtcunqꝫ probare poterimus. ſcilicet.

U

Primo veris rõnibꝫ. ibi. O ſtulti ꝛ tardi corde ad credendum

Scdo autẽticis auctoritatibꝫ: ibi. ĩ omibꝫ q̃ locuti ſunt ꝓphe.

Tertio exemplorum oſtēſiōibꝫ.ibi. nō ne hec oportuit pati xp̄m.

Primo itaqꝫ ex p̄miſſis thematis verbiſ aīe rōnalis imortalitatē poterimꝰ ꝓbare verſ rōnibꝫ cū dr̄. O ſtulti ⁊ tardi corde ad credēdū Stultꝰ em̄ eſt valde hebetis ingenij ⁊ tardus corde qui ea tm̄ credit q̄ ſenſibilr̄ demōſtrant̄.⁊ qꝛ aīa eſt inuiſibilis.iō pleriqꝫ de ipſiꝰ immortalitate dubitāt. In q̄rum pſona dicit Eccs.iij. Unꝰ interitꝰ eſt hominū ⁊ iumentorum ⁊ equa vtriuſqꝫ ꝯditio. ſicut morit̄ hō :ſic ⁊ illa moriunt̄. Et iō veris rōnibꝫ ꝓbemꝰ aīe rōnal' immortalitatem.potiſſime triplici genere rōnum verarum.ſ.

Primo theologicalibꝫ rōnibꝫ
Scdo phiſicalibꝫ ratiōibꝫ.
Tertio ciuilibꝫ rōnibꝫ

Primo igit̄ aīe imortalitatē ꝓbemꝰ rōnibꝫ theologicalibꝫ q̄s ponit Rich. ſup.ij.diſ.xix.art.j.q.j.⁊ ſan.Bonauē. ibidē.ac ſctūs Tho.li.ij.ꝯtra gentiles c.lxxviij.⁊ ſunt ſeptē hmōi rōes.ſ. Rō corruptiōis.rō pfectōis vniuerſi.rō remuneratiōis.rō iuſtificatōis.rō glifi catiōis.rō opatiōis .rō euacuationis

cūdabunt te.

Tertie pene ſingulares. ibi. Inimi
ci tui vallo.

Primo dixi q̄ ex themat; vbi iſinuant̃
pene generales ꝓ pctīs debite oīb;: cū
dr̄. Uenient dies in te. Sic eīm dies eſt
cā clare noticie oīm viſibiliū: ita ꝯſtat
q̄ ois generalis pena oīb; tā bonis q̄
malis in p̄nti vita ē a pctō. Naz pctm̄
vel eſt cā pene vel ē ipa pena. ⁊ ſic pec/
catū dr̄ pena pcī. Abſolute tn̄ loquē/
do pctm̄ pſone nō eſt pena ſ; cā pene.
q2 pena h; rōnē boni. nō aūt culpa. tū
q2 auctor pene ē de⁹. nō aūt culpe. tū
etiā q2 pena eſt ꝯ voluntatē. pctm̄ au/
tē a volūtate ꝓcedit. tū q2 multi habu
erūt penā nō tn̄ culpā. ſicut xp̄s dn̄s ⁊
pia mater ei⁹ maria. Q, autē omis pe
na ſit a peccato generaliter ꝓbo qua/
druplicitter. ſ.

Primo autoritatib;.
Secūdo rōnibus.
Tertio cōpationib;.
Quarto orationib;.

Primo q̄ pena generalis ſit a culpa
ꝓbo autoritatib;. Dicit̃ ei Gen̄. iiij. ipi
Chayn. None ſi bn̄ eger; recipies ſup
ple bn̄. ſin autē male ſtatim pctm̄ tuū
in forib; aderit. Et Job. iiij. Recorda
re obſecro te q̄s vnq̄ innocēs pijt. aut
qn̄ recti deleti ſūt. Et ſubdit. Quin po
tius vidi eos q̄ opant̃ iniq̄tatē ⁊ ſemi/
nāt dolores ⁊ metūt eos flāte do pīſ/
ſe. ⁊ ſpū ire ei⁹ eſſe ꝯſūptos. Et eiuſdē
xxxiiij. Abſit a deo īpietas ⁊ ab oipotē
te iniq̄tas. Op⁹ eīm hoīs reddet ei ⁊ iu
xta vias ſingloꝝ rſtituet eis. hic Ber.
in meditatōib; c. ij. ait. Scōm exterio
rē hoīem d̄ pentib; iſtis venio q̄ me fe
cerūt an̄ dānatū q̄ natū. pctōres ī pec
cato ſuo genuerūt pctōre;. ⁊ de pecca/
to ſuo nutrierūt. miſi miſeꝝ ī hāc lucis
miſiā duxerūt. nihil ex eis hēo niſi mi
ſeriā ⁊ pctm̄. ⁊ h̄ corruptibile corp⁹ q̄d
geſto. ad illos vo feſtino q̄ morte hic
exierūt. cū ſepulchra eoꝝ iſpicio nihil
in eis inuenio niſi cinerē ⁊ vermē. feto
rē ⁊ horrorē. q̄d ego ſū illi fuerūt. et q̄d
ipi ſūt ego ero. Et infra. Quāto pl⁹ vi
uim⁹: tāto pl⁹ peccam⁹. ⁊ q̄nto vita lō
gior: tāto culpa innumeroſior. ⁊ quā/
to innūeroſior culpa: tāto innūeroſi/
or pena. Heu nob q̄ habitam⁹ in ter/
ris ⁊ n̄ euigilam⁹. mlto meli⁹ eēt q̄ hō
nō fuiſſ;. q̄tidie nāq̄ creſcūt mala ⁊ ſb
trahūt̃ bona. aſſidue variat̃ hō ꝑ pſpe
ra ⁊ aduerſa ⁊ igrat qn̄ moriat̃. hec il/
le. O miſeroꝝ miſia pcī pena q̄ cru/
delit̃ affligi;. ecce nec ī ꝯſilio p̄ris noſtri
ade fuim⁹. ⁊ ecce q̄ntas penas ipi⁹ pec
cati portam⁹: eſurim⁹: ſitimus: fatiga
mur: ad malū aſſidue iclinamur. iaz
nec̄ario morimur morte corpis. ⁊ niſi
diuina clemētia ſubueniat neceſſario
etna morte moriemur. Secūdo q̄;
q̄ pena ſit a culpa ꝓbo rōib;. Primo
rōne p̄miatōis ſic. q2 ſic p̄miū ſe h; ad
meritū: ita pēa ad pctm̄. ſ; p̄miū n̄ red
dit̃ niſi merito. g̃ nec pena niſi pctō. nā
ſic alicui bonū exhibet̃ nllo merito p̄/
cedēte ſic p̄ma grā q̄ tn̄ n̄ h; rōe; p̄mij

ita nõ eſt incõueniẽs ſi etiã aliq̃d malũ inferatur alicui nulla culpa p̃cedente qḋ malũ nõ hʒ rõnẽ pene: ſʒ poti⁹ medicine p̄mouẽtis ad bonũ. De q̃bꝫ dr Eſa.lvij. Juſt⁹ p̄ijt.ſ. piculo tp̄ali qḋ ẽ ad bonũ ipi⁹ vel alteri⁹. nõ tñ piculo et̃nali. Scḋa rõ ẽ inordinatõis ꝙ pena ſit ex pctõ. inordinatio aĩ eſt pctm̃. ſʒ inordinatio aĩ eſt pena. iuxta illud Aug. li. ↄfeſ. Juſſiſti dñe ꝛ ſic ẽ vt ipſe ſibi pena ſit oĩs inordinat⁹ animus. Rõ aũt hui⁹ inordinatiõis ẽ talis. q̃a q̃cũq; ↄtra aliquẽ ordinẽ peccat cõueniẽs ꝛ iuſtũ ẽ vt ab ordie puniat̃. Triplex aũt ordo in hoĩe naturalit̃ debet eſſe. Prim⁹ rõnis ad diuinã volũtatẽ Secũd⁹ paſſiõis ad rõnẽ. Terti⁹ hominis inferioris ad ſuuʒ ſupiorẽ. mõ q꞉ pctm̃ iſtũ ordinẽ p̄uertit iõ triplicẽ penã incurrit. Primo incurrit penaʒ ſcʒ di irã. Eph. ij. Oẽs naſcimur natura filij ire. Et Eccĩ. xij. Qm̃ altiſſimus odio habet pctõres. Secũdo ex pctõ hõ incurrit penã pugne carnis aduerſus ſpm̃ ꝛ ↄcõuerſo. Jn cui⁹ ſignũ etiaʒ poſt culpe remiſſionẽ remanet ĩ hoĩe fomes ꝛ ↄcupiſcẽtia in penã pctĩ q̃ ab Aplo dr lex. Ro. vij. dr. Uideo aliã legẽ in mẽbris meis repugnãtẽ legi mẽtis mee. Et dr hñ lex ẜm Aug. q꞉ legiti me factũ. vt q꞉ nõ obediuit hõ ſuo ſuperiori dõ. non ẜuiat ei ſuũ inferi⁹ ſcʒ corp⁹. De hac pena dicit Aug. li. de lapſu mũdi. Cõcupiſcentia de q̃ nati ſumus q̃ꝫdiu viuim⁹ q̃tidie minui põt. finiri nõ põt. Minuit̃ aũt p̄ grãm dĩ aut p̄ bonã ↄſuetudinẽ. ſicut equ⁹ moderati⁹ vadit cũ freno: ſic hõ v̄tuoſus min⁹ iſeſtat̃ a ↄcupiſcẽtia q̃ꝫ vitioſus. Hãc penã de⁹ p̄hibuit q꞉ freq̃nter trahit in culpã. Eccĩ. v. Ne ſeq̃ris in fortitudine tua ↄcupiſcẽtias cordis tui. O de⁹ eterne vide de ſolio maieſtat̃ tue ꝙ q̃dã p̄ucniũt ſuas ↄcupiſcẽtias. ſic illi q̃ p̄curãt ↄcupita cũ dãnis ĩfamie ꝛ expẽſis. q̃dã ↄcomitãt̃. ſic illi q̃ in illicitis cogitatõibꝫ morant̃. q̃dã ſequũt̃. ſicut illi q̃ ↄſentiũt eis. Jõ dicit Amb. ſup. vij. c. Ro. Quicq̃d pctõꝝ ẽ in dict̃ in factis in ↄcupiſcẽtijs nõ orit̃ niſi ex mala ↄcupiſcẽtia q̃ a pctõ facta ẽ. ſicq; patet ꝙ ẽ pena pcĩ. Tertio pctõr ĩcurrit penã intrinſecã a ſeipo. ſ. ↄſciẽtie remorſũ. Uñ Ps. Pctm̃ meũ ↄ̃ me eſt ſp̄. Et Aug. li. ij. ſoliloq̃oꝝ. Conſcia rei ſp̄ ẽ ĩ pena. Tertio pctõr icurrit ex peccato penã extrinſecã. ſ. a mũdo vel primo. Hinc Berñ. Mũdus circũcigit me vndiq; ꝛ p̄ q̃nq; portas corpis ſagittis ſuis me vulnerat. reſpicit ocul⁹ ꝛ mẽtis ſenſũ auertit. audit aur̃ ꝛ intẽtionẽ cordis inflectit. odorat⁹ cogitationẽ bonã ĩpedit. os loquit̃ ꝛ fallit̃. tactus tãgit ꝛ male agit ardor libidinis ex p̄ua occaſiõe niſi ilico reſpuat̃ ꝛ expuat̃ ſubito vt fur totũ corp⁹ occupat ꝛ incẽdit ꝛ vrit. Uñ igit̃ dr Sap. xiiij. Creature facte ſũt in muſcipulã in tẽtationẽ ꝛ in laqueũ pedibꝫ inſipientiũ Tertio ꝙ ex pctõ ſequat̃ oĩs pena generalit̃ p̄bo ſilitudine tali. Sicut ẜm hũanã iuſticiã iniuſtũ eẽt aliquẽ puni re ſine culpa: ſic multo forti⁹ indecens eẽt diuie iuſticie ſine pctõ aliquẽ puni re. Quarto q̃ꝫ ꝙ pena generaliter ſit a culpa p̄bo rõnibꝫ. Dicit̃ eñ Threñ. j. Ue nobis q꞉ peccauim⁹. Et b. Greg. in orõne dicit. Nulla nob̃ nocebit aduerſitas ſi nulla nob̃ dñet̃ iniq̃tas. O maledicta iniq̃tas quã tãta ſequit̃ pena. Secũdo deniq; ex themat̃ verbis inſinuant̃ pene ſp̄cales pctis debite ſp̄cal̃r decedẽtibꝫ cũ pctõ origiali cũ dr. Circũdabũt. q꞉ tales vndiq; ꝛ ſine ſpe circũdabunt̃ pena dãni ſeu carentia viſiõis diuine. Uñ de in originali pctõ decedẽtibꝫ q̃ꝫ pene ſũt oĩbꝫ ccdẽ q̃tuor notem⁹ documẽta. ſ.

Primū quā penā habebūt.
Secūdū in q̄ loco ipi manebūt.
Tertiū quō in pena ſtabūt (būt.
Quartū ſi iuſte hanc penā poſſide-
Primū itaqꝫ documētū d̄ decedētibꝫ in originali pctō ē. quā penā ipi habebūt. Naꝫ certū nobis ē ꝙ q̄ decedūt in mortali ſiue habeāt originale pctm̄ vt īfideles. ſiue nō vt xp̄iani mali eternam penā ſenſus ꝛ dāni habebūt. Illi vero q̄ decedūt cuꝫ pctō originali ꝛ veniali tenēt quidā vt ſanct⁹ Tho. ꝙ eternaliter puniunt̄ pena ſenſus ꝓ illo veniali. ꝓ eo ꝙ annexa ē originali qd̄ ē mortale. ꝛ ideo nō habet cauſaꝫ purgationis. qꝛ caret gratia. remiſſio aūt peccati venialis tā in p̄ſenti q̄ꝫ in futuro fit ꝑ gratiā. Et licet veniale pctm̄ ꝑ ſe mereret̄ tp̄alē ꝛ finitā penā. tñ in q̄ꝫtū ē annexū mortali vel originali debet̄ ei eterna pena. nō rōne ſui ſed illi⁹. Scotus ṽo dicit ꝙ ſicut ſpecies reꝝ nō poſſūt trāſmutari ita ꝙ hō ſit aſin⁹ ꝛc. ita nec pctm̄ veniale in mortale. ſꝫ pctō mortali debet̄ pena eterna. veniali ṽo tp̄alis. ḡ q̄ decedūt cū mortali ꝛ veniali. d̄ mortali habebūt penā eternā. de veniali ṽo q̄ntū diuia iuſticia exiget ꝑꝫ talis peccati reatū. q̄ ſoluta ſolū puniūt̄ ꝓ mortali. De illis aūt q̄ decedūt cum originali ꝛ veniali ſilr̄ ꝓ veniali puniunt̄ pena ſenſus tp̄ali. q̄ ſoluta remanebūt ſine tali pena. De illis ṽo q̄ decedūt cū ſolo originali pctō. quidā dixerūt ꝙ cremabunt̄ igne materiali. lōge tñ min⁹ q̄ꝫ illi q̄ peccauerūt peccato actuali. ſm̄ qd̄ dicit xp̄s in iudicio. Ite maledicti in ignē eternū. Et h̄ dicūt ſenſiſſe Aug. in enchi. di. penam ꝑuuloꝝ eſſe mitiſſimā. Et in li. de fide ad Petrū. Paruuli cruciabunt̄ eterno ſupplicio. Sed hec opinio nō ē tenēda. quia valde duꝝ eſt dicere ꝙ p̄iſſimus deus tā aſpere agat cuꝫ illis q̄ omino nō potuerūt vitare pctm̄ originale. Et iō ṽba Aug. ꝛ xp̄i intelligenda ſūt de pena carētie viſiōis dei. Naꝫ ꝑ ignē ꝓpter ſuā actualitatē oīs pena intelligit̄. ḡ decedētes cū ſolo pctō originali nō puniūt̄ aliq̄ pena ſenſibili ſꝫ tm̄ pena dāni. Cui⁹ rō eſt. qꝛ pena ſenſus debet̄ pctō actuali. ſꝫ pctm̄ originale nō ē actuale vt dicit Inno. in decretali. qd̄ patet. qꝛ pctm̄ actuale ē pctm̄ ꝑſone. pctm̄ ṽo originale ē vitiuꝫ nature. Nā dolor vel afflictio pene debetur delectatiōi culpe. ſm̄ illud Deut. xxv. Pro mēſura delicti erit ꝛ plagaꝝ mod⁹. Et Apoc. xviij. Quantū glorificauit ſe ꝛ in delitijs fuit: tantū date ei tormentū ꝛ luctū. ſed q̄ decedūt cū originali ſolū nō ſe glorificauerūt nec in delitijs fuerūt. ḡ nec tormentū q̄ntuꝫ ad corpus. nec luctū q̄ꝫtū ad aīam habebūt. Secūdū documētū ē in quo loco decedentes cū ſolo originali manebūt. Quidā dixerūt ꝙ poſt iudiciuꝫ remanebūt in terra que ꝑ ignē conflagratiōis purgabit̄. qꝛ inquiūt in celo nō manebūt ꝓpter feditatē originalis pctī in qd̄ nullū coīnquinatū intrat. Apoc. xxi. Neqꝫ in inferno: qꝛ actuale pctm̄ nō habebūt. Sꝫ opinionē hanc deſtruit dictū ſeraphici doctoris Bonauē. ſup. ij. di. xxxiij. ar. iij. q. j. di. ꝙ paruuli decedētes cū originali. qꝛ carēt iuſticia ꝛ ſpūſſancti gratia q̄ eſt pign⁹ hereditatis eterne ꝑ̄uabunt̄ in eternū viſiōe dei. qꝛ ṽo in carnē fuit feditas. iō ponent̄ in loco vili: vtpote infernali. ſꝫ qꝛ nō habuerūt in ſe actualē delectatōnē pctī. nec in ſpū nec in carne. iō nō ſentiēt pene ignis acerbitatē. Dec ille Vñ poſt iudiciū vacua erit t̄ra habitātibꝫ. nō ei erūt tunc arbores. nō vermes. nō aues. nō bruta. nō beſtie. qa ꝑ ignē cōflagratōis ꝯſument̄. Et iō electi libere intuent̄ illa loca ī q̄bꝫ d̄o fui

erunt. vbi ieiunauerūt. vbi orauerūt.
vbi sacramēta pceperūt. vbi genua fle
xerūt. ſꝫ ꝛ videbūt vbi aliqñ peccauerīt
ꝺ q̄bꝫ penituerūt. ꝛ vbi q̄dā peccauerīt
ꝛ ꝑ eo dānati ſūt. O deꝰ eterne q̄d videbi
mus ī loco iſtiꝰ ciuitatꝭ. o q̄ʒ multa pec
cata. o q̄ʒ pauca bona. ¶ Tertiuz
documētū ē. quō puuli decedētes cuz
originali ſtabunt. ī q̄ꝫ ſtatu doctores
varie loquūt̄. Quidā em̄ dicūt q̄ pue
ri cū originali decedētes nec habebūt
cognitiōez nec dolorē ſenſibilē. Cogni
tionē. q2 nō fuit eis glīa reuelata. Do
lorē. q2 nō habuerūt maculā pcti actu
alis. Sꝫ iſta opinio ñ ē rōnabil'. q2 ſen
tiūt affectꝰ ſuos nō q̄etari totalr̄. iō af
ficiunt̄ ad aliq̄d qd nō hñt. Nā q2 vi
dēt penā dānatoꝝ. ꝛ ex h̄ pñt pcipe ca
rētiā illiꝰ viſiōis. ꝛ etiā puuli pñt mu
tuo loq̄ ꝛ ī talibꝫ aliq̄d tractare. Qui
dā vo dicūt q̄ aīe puuloꝝ habebunt
cognitōz ꝛ dolorē. attn̄ ñ habebūt do
lorez q̄ ī vermis. q2 nō habebunt re
morſuz q̄ pdiderūt illō bonuz ꝑ ꝓ
priā maliciā. ꝛ iō in eis nō hꝫ locū illō
Chryſ'. q̄ excludi a bonis etnis ꝛ alie
nuz effici ab his q̄ ꝑparata ſūt iuſtis tā
tū generat cruciatuz vt etiā ſi nulla ex
trinſecꝰ pena torq̄ret. hec ſola ſufficerꝫ
In dānatꝭ tn̄ adultꝭ h̄ dictū locū hꝫ. ſi
cut videmꝰ q̄ hō nō dolet q2 volare ñ
pt ſic auis. q2 ad h̄ nūq̄ʒ hūit aptitudi
nez. ſꝫ ſi ambulare nō pōt dolet. q2 ad
h̄ habuit aptitudinē. Sed hec opinio
nō valet totalr̄. q2 ſi eēt in eis aliq̄s do
lor eēt cū triſticia q̄ etiaz redūdaret in
carnē. qd nō videt̄ rōnabilr̄ dictū ex q̄
pctō actuali carēt. Eſt igit̄ tertia opi
nio vo ſancti Bonauen. vbi ī vicz. q̄
aīe puuloꝝ carebūt actuali dolore et
afflictiōe. nō tn̄ carebūt cognitiōe. ꝛ il
lud pōt rōnabiliter itelligi p hūc mo
dū. Decedētes em̄ in originali q̄ſi me
diū tenēt inter habētes grām ꝛ culpā

actualē. ꝛ q̄m ſtatꝰ retributiōis futu
re debet reſpōdere ſtatui vite p̄ſentis.
Igit̄ in tali ſtatu debēt poni aīe puu
loꝝ vt q̄ſi mediū teneāt inter beatos ꝛ
dānatos. Qm̄ igit̄ btī carent malo pe
ne ſenſibilis. ꝛ cū h̄ habēt dei viſionez.
Dānati ecōuerſo ſūt in pena ſenſibili
ꝛ in tenebris. Paruuli fm̄ rectitudi
nē diuīe eq̄tatis debēt pticipare ī vno
cū dānatis ꝛ in alio cū beatis. Sꝫ nō
poſſūt pticipare cū btīs habēdo dī p̄
ſenciā. q2 tūc in nullo cōicarēt cū dam
natis. Preſencia em̄ viſiōis diuīe nō
ſtat cū pena ſēſibili. iō cū btīs pticipāt
in h̄ q̄ carēt oī afflictiōe exteriori ꝛ inte
riori. cū dānatꝭ vo in h̄ q̄ carēt dī viſi
one ꝛ lucis corpalis. Un̄ ſi q̄ras q̄d p
uuli faciūt vtꝝ addiſcāt vel aliq̄d ꝯfe
rāt vl' qd opꝰ exerceāt. Rñſio breuis
q̄ diuīe iuſticie eq̄tas in eodē ſtatu q̄ʒ
rū ad corpꝰ ꝛ q̄ʒtū ad aīaz ſiue q̄ ad co
gnitiuā ſiue q̄ ad effectiuā potentiā p
petualiter eos cōſolidat. vt nec pficiāt
nec deficiāt nec triſtent̄ nec letent̄. nec
tn̄ ſint ſicut lapides immobiles; ſꝫ vt
ſint materia laudādi diuinū iudiciuz
qd nullū bonū irremūeratū. ꝛ nulluz
malū ipunitū remanere pmittit. Un̄
ſicut in dānatis manifeſtat̄ diuina iu
ſticia. ꝛ in btīs diuīa miſericordia. ita ī
puulis diuīa miſericordia ꝛ iuſticia ſil'.
Oīa igit̄ deꝰ glioſus ordinat ad gliaz
ſuā manifeſtādā. Quartū documē
tū eſt. vtrū iuſte hāc penaz poſſidebūt
puuli. Rñdet̄ fm̄ ſanctū doctorē Bo
nauē. in. ij. di. xxxiij. ar. iij. q. j. q̄ iuſte. q2
ſic oīs q̄ regenerat̄ in baptiſmo xpi co
ipo q̄ habeat imaginē xpi. i. graciam
baptiſmalē. dignꝰ reputat̄ a deo vita
eterna q̄uis nihil boni vel mali fece
rit: ita per oppoſitū oīs q̄ generat̄ ab
adā cū hoc ipo gerat imaginem eius
debet a diuina iuſticia reputari indi
gnus gloria ꝛ reus pena ſaltem dāni

O parẽtes miseroꝝ miseri: q̃ꝛ ples ve ſtros ſpoliatꝭ corona gl'ie n̄ ꝓcurãdo eiſdẽ ſacr̃m baptiſmi. O crudeles matres q̃ extinguũt fetũ aĩaꝝ: eiſdeꝫ tenebroſam regionem eternal'r ꝓcurãdo. O q̃t aĩas habetis de vobis genitas iam in tenebriſ. O deniqꝫ q̃ꝫ felices parentes de q̃ꝝ matrimonio iã aliqui ſũt reges celi. filij dei altiſſimi. ꝯſortes angeloꝝ. deũ ſine fine laudãtes ſuauiter

·Tertio ex thematis ꝟbis inſinuãt pene ſingulares ꝑ pctĩs mortalibꝫ debite que ſunt pena dãni ꝛ pena ſenſus cum dr. Inimici tui vallo. Talis em̃ in mortali decedẽs eternitate penarũ vallabit' ꝛ ſocietate demonũ q̃ habent torquere aĩas eternalit'. qđ Tho. in. ij dis. xliij. ar. iij. ꝓbat quattuor rõnibus ·Prima ſumit' ex eternitate boni qđ offendit'. qꝛ peccãs peccat ꝯ bonũ ẽtnuꝫ deũ. g͛ iuſte punit' pena ẽtna. Hic Augu. li. xxj. de ciui. dei. Fact' eſt malo dignus eterno. qꝛ hic q̃ꝫtũ in ſe eſt ꝑimit bonũ qđ eſſe poſſit eternũ. Scđa rõ ſumit' ex infinitate dei. peccãs em̃ peccat ꝯtra infinitũ bonũ. pena aũt taxat' ſm̃ dignitatẽ eius in queꝫ fit culpa. v. ethicoꝝ. Sꝫ ſic deus eſt infinit': ita pena debet eſſe infinita. Tertia rõ ſumitur ex ꝑpetuitate qua peccat'. peccatur em̃ mala voluntate qua q̃s vellet ſine fine viuere ſi poſſꝫ. g͛ punitur ſine fine Gre. iiij. dial'. Ad magnã iuſticiã iudicãtis ꝑtinet vt nũq̃ꝫ careat ſupplicio q̃ nũq̃ꝫ voluit carere pctõ. Quarta ratõ ſumit' ex ĩhabilitate qua pctm̃ remitti tur. Culpa em̃ nunq̃ꝫ poteſt remitti ſine gr̃a. ſed poſt mortẽ nullus põt acquirere gr̃am. g͛ nec pena ceſſare debet q̃ꝫ diu culpa manet. Erit igit' pena mortalis peccati eternus ignis. O de' miſericors cur poſt mille annos nõ miſereris miſeris damnatꝭ. certe quia non decet tuam iuſticiã. Hoc igit' eſt qđ tu ꝑle chriſte flebas dicẽs. Ueniẽt dies ĩ te ꝛ circũdabũt te vallo. Rogem' igit' piũꝫ xp̃m vt eruat nos a tali malo in eternum Amen

Dñica decima poſt penthe.

Sermo. xcv.

Ixit Jeſus

D ad q̃ſdam q̃ in ſe ꝯfidebant tãq̃ꝫ iuſti ꝛ aſpernabãt' ceteros pabolã iſtã. Duo hoĩes aſcẽderũt ĩ tẽplũ vt orarẽt. Lu. xviij. Chariſſimi hec ſalutaria ꝟba ab ore altiſſimi filij dei ꝓlata ſ̄t ad nr̃aꝫ eruditõꝫ. q̃ nemini volẽs ꝑire. ſꝫ oẽs hoĩes ad ſalutꝭ etne agnitõꝫ venire. q̃ q̃dẽ ſalutꝭ agnitio ẽ ꝑ viã hũilitatꝭ. Juxta illđ Mat. xj Cõfiteor tibi pr̃ dñe celi ꝛ t̃re qꝛ abſcõdiſti heca ſapiẽtibꝫ ꝛ prudẽtibꝫ ꝛ reuelaſti ea ꝑuulis. i. hũilibꝫ. Ũn̄ ĩ euangelio tria inſinuat. vicꝫ

Primo phariſei elatõnẽ

Scđo publicani ſupplicatõem

Tertio vtriuſqꝫ ſentẽtiatõem

·Primo ſciẽdũ q̃ in q̃libet ſupbo tria pctã ſunt ſic ĩ iſto ſupbo phariſeo fuerunt. Primũ eſt ꝯfidẽtia ꝓpria. Nã ſupbꝫ eſtimat qđam mõ q̃ alicui' non egeat ſꝫ cogitat ſe q̃ſi btm̃ ꝯfidẽs in ꝓprijs viribꝫ. diuitijs. ꝟtutibꝫ. ꝯſanguineis. ꝛ ſic q̃n orãdo petit aliq̃d a deo n̄ ꝑfecte petit. qꝛ nõ ꝟe recognoſcit ſuaꝫ fragilẽ ꝯditõem. nec ſe credit multum indigere dei dono. De quo dr̃ Hiere. xvij. Maledictus vir q̃ ꝯfidit in hoĩe. Scđo oĩs ſupbus eſt arrogans et ſe iactitans recitando bona ſua facta ꝛ maiora eſtimando q̃ꝫ facta aliorum ſicut faciebat phariſeus dicens. Non ſum ſicut ceteri hominũ. Jeiuno bis ĩ ſabbato ꝛc. Tertiũ pctm̃ ſupbi eſt ambitio. omnis em̃ ſupbus eſt ambitioſus. quia vult alijs ꝑeſſe. Cõtra q̃s dicit dñs Matt. xxiij. Oĩa oꝑa faciũt

vt videãt ab hoĩb9.ſic iſte phariſe9 qui
orare aſcẽderat.ꝛ ſupbe ſtãdo irreuerẽ
ter ſe iactabat ac alios cõdẽnabat dĩ.
Nõ ſum ſic ceteri hoĩm.q.d.ceteri oẽs
pctõres.de q̃ꝝ numero ẽ hic publica/
nus Scdo ſaluator inſinuat publi
cani ſupplicatõꝫ dĩ. Publican9 autẽ a
lõge ſtãs nolebat oculos leuare ĩ celũ
ſ3 pcutiebat pect9 ſuũ dicẽs. De9 tu ꝓpi
cius eſto mihi pctõri. Iſte em̃ publica
nus habuit ſex ꝯditões ĩ ſua orõe.ꝓ q̃
bus meruit exaudiri.ſ.

Primo orõ ei9 erat timoroſa
Scdo erat pudoroſa
Tertio erat doloroſa
Quarto erat accuſatoria
Quinto erat vera
Sexto erat ſapia plena

Primo orõ publicani erat accepta qꝛ
timoroſa.ꝓpᵗ multitudinẽ em̃ pctõꝝ
timebat ſcõ altari appropinq̃re.et iõ
a lõge ſtabat ꝯ mltos q̃ irreuerẽᵗ ſtant
corã ſacro eucariſtie:pleni enormib9
pctis. Vñ.j.Re.vj.hr.q Oſam dñs ĩ
terfecit eo q recalcitrãtib9 bob9 archã
dñi.q̃ erat figura ſolũ hui9 ſacri irreue
renter ne caderet tetigit. Scdo orõ
publicani fuit pudoroſa qꝛ non aude
bat ocl'os leuare ad celũ. Celi ei agmi
na attẽderat.q̃ſi dicat illud.iiij.Re.vl
timo. Nõ ſum dign9 videre altitudinẽ
celi p̃ mltitudĩe iniq̃tatꝫ mee Tertio
orõ ei9 fuit doloroſa.qꝛ pcutiebat pe/
ctus ſuũ ſub q̃ ẽ cor. ac ſi dicat illõ pš.
Tibi ſoli peccaui ꝛc̃. Ecce affligo cor
ꝛc̃. Quarto orõ publicani fuit accu/
ſatoria qꝛ ſe reũ reputabat.iõ ſeipſum
accuſabat dĩ. Qm̃ iniq̃tatẽ meã ego co
gnoſco Et illud.ij.Re.xxxvj. Ego ſum
q̃ peccaui.ego ſum q̃ inique egi Quĩ/
to orõ ei9 fuit vã.qꝛ ſic habebat in cor
de ita loquebatᷣ in ore dĩ. De9 tu ꝓpici/
us eſto mihi pctõri ~~Sexto ei9~~ orõ fu
it ſapia plena Nã ſapiẽtꝫ ẽ mala reſpu
ere ꝛ meliora eligere. Sic fecit iſte pec/
cator:ꝯtempſit vicia ꝛ elegit virtutes.
Tertio igitᷣ ſaluator inſinuat vtri/
uſq3 ſentẽtiationẽ dicẽs. Deſcẽdit h iu/
ſtificat9 ab illo ſc3 loco vl' tẽplo in do/
mũ ſuã.qꝛ oĩs q̃ ſe exaltat humiliabitᷣ
ꝛ q̃ ſe hũiliat exaltabitᷣ ꝛc̃. Vñ in pñti ꝑ
mone inſiſtendo circa dñi ieſu ſniam:
in qua cõdemnauit ſupbiam tres no/
tem9 articulos de ipſa peruerſiſſima
ſuperbia.ſ.

Primo eius quidditatẽ
Scdo ſpeciei ipi9 diuerſitatẽ
Tertio ipi9 abominabilitatẽ.

F Primo dixi q notem9 pũerſe ſup
bie q̃dditatẽ quõ cogſci poſſit qꝛ eſt ni
mis ſubtile ꝛ tenue pctm̃. Vñ ſciẽdũ q
ipi9 q̃dditas lic3 nõ ſit aliq̃ res.ſ3 puã/
tio.tñ ẽ in aliq̃ re. Igitᷣ trib9 modis ei9
q̃dditas põt ꝑpendi.vic3

Primo diffinitionib9
Scdo diſtinctiõib9.
Tertio ſili'tudinib9.

Primo ẽ em̃ ſupbie q̃dditas ꝑpẽdi põt
diffinitiõib9. Nã fm Tho.ij.ij.q.clxij.
ar.v.ſic diffinitᷣ ſupbia. Eſt q̃dã extollẽ
tia p quã q̃s ſe extollit ſupra illud qd ẽ
ei ꝓfixum a diuina regula. Hec ei dif/
finitio valde obſcura eſt qꝛ multũ3 ge
neralis.ſ3 p alias ꝑticulares diffiniti/
ones dilucidabitᷣ. Circa qd ſciendum
q a diuina regula nob plura ſunt pre/
fixa ꝛ ordinata. Diuina em̃ regula eſt
mẽſura vl' ordo vel linea fm quã3 de/
bemus ꝯformare vitã nr̃am. Sed di
uina regula quã metã ꝓfixit nob.forte
hanc q nõ debemus ire vltra danubi
um vel thꝛciaz.aut vltra alpes vl' hie
roſolymam. Certe non hanc.qꝛ ſi ibis
vltra p̃dictas non incurris ex hoc ſup
biam.ſed a diuina regula hec nobis
prefixa ſunt. Primo obedientia dei et
hominum propter deum. De9 ſiqde3
hunc terminu3 inſtituit homini vt ei

z ei⁹ p̄ceptis obediat. z h̄ pl⁹ ſibi placet q̄ȝ ieiunia eleoſyne orōnes pegriatōes j. Reg. xv. Nūqd vult dn̄s holocauſta aut victimas. melior ē em̄ obedientia q̄ȝ victime. Ubi Grego. Per victimā aliena caro. p obedietiā ꝑpria voluntas imolat̄. Itē diuia regula p̄ſtrit hoi vt obediat nō ſolū d̄o ſȝ etiā hoi ꝑpter deū q̄ ꝑus imediate d̄o in padiſo noluit ſubijci mō ſe hūiliādo ſubijciatur ſili ſibi. i. hoi ꝑpter deū. Iō Apl'us Ro. xiij. Oīs aia ptātib⁹ ſublimiorib⁹ ſubdita ſit. Et huic obediētie ꝯriat̄ cōplacētia ꝑprie volūtatis nō curādo de d̄o vel de ſuo ſupiori. ſȝ q̄cq̄d ſue volūtati placuerit hoc faciet. z ſic pctm̄ ſuperbie incurret. Hinc d̄r Numeri. xv Aia q̄ p ſupbiā aliq̄d cōmiſerit. Et infra. Peribit hō ille d̄ pplo ſuo zc̄. Uñ in ſūma vitioꝝ diffinit̄ ſic. Supbia ē amor ꝑprie volūtat̄. z ita oīs parochianus q̄ ꝯtēnit in ſpūalib⁹ p̄ceptuȝ epi vel ei⁹ vicarij z ſui plebani p inobediētiā ſupbus ē. Silr oīs ſuus q̄ ꝯtēnit i licitis p̄ceptū dn̄i ſui ſupbus ē. Cōſilr oīs vxor q̄ ꝯtēnit in licitis q̄ marit⁹ p̄cepit ſupba eſt. O q̄t ſūt mulieres q̄ regūt viros ſicut ſuos z volūt vt poti⁹ ipe p̄cipiāt viro nō vir eis. ſȝ ſi q̄d p̄cepit vir ꝯ eaꝝ volūtatē ſtatim murmurant. Scōm qd̄ a diuia regula p̄ſtrit̄ hoi ē vt nō appetat alijs p̄eſſe. qd̄ patȝ Mat. xxiij. Oia opa ſua faciūt vt videant̄ ab hoib⁹ vt ſic p̄cellāt eos. Deſiderare g̃ p̄eſſe hoib⁹ ē ꝯ diuinā regulā. z iō ē ſupbia. Uñ ab Aug. li. de ciui. dei diffinit̄ ſic. Supbia ē pūerſe celſitudinis appetitus. Scō'ari⁹ d̄r. ij. ſentēti. di. xlij. Supbia ē ꝑprie excellētie amor z iſte amor ē pūerſus vt dicit Aug. q̄r habet in ſe pūerſitatē ꝯ diuinā regulā z etiā q̄r ducit hoiem in oēȝ pūerſitatē Nā vt d̄r di. xlvij. Uirū. Mēs potētie auida. ne ꝑabſtinere nouit a vetitis. neq̄ȝ gaudere ꝯceſſis. nec pietati adhibere ꝯſenſū. Tertiū qd̄ a diuia regula p̄ſtrit̄ hoi ē vt nō ſe extollat ſiue d̄ ſe reputatōȝ faciat. nec apud deū nec apd̄ ꝓximū nec apud ſeipm̄ nō debȝ hō reputare ſe aliq̄d magnū. apd̄ deū q̄a n̄ poſſem⁹ agere qd̄ vel vni diuīo beneficio valerem⁹ ſatiſfacere: puta creationi redēptōi zc̄. Et iō d̄r Luc. xvij. Cū feceritiſ oia q̄ p̄cepta ſūt vob dicite. ſui iutiles ſum⁹. qd̄ debuim⁹ fecim⁹. Itē q̄ nō reputet ſe apd̄ ꝓximū. ſ. ſe illo iuſtiorē. z iō nō debem⁹ nos etiā ſup peccantē ꝓximū extollere. al's nob eueniet ſicut huic phariſeo dicēti. Nō ſuȝ ſic h̄ publican⁹ et q̄ a dn̄o ꝯdēnat⁹ ē. Itē nō debet hō ſeipm̄ apd̄ ſe reputare. id ē vt nō iuſtificet ſe corde vel ore. Und̄ Job. ix. Si iuſtificare me voluero os meū ꝯdēnabit me. Ecce diuia regula p̄ſtrit ne hō ſe reputet iuſtiorē ꝓximo: Sȝ ꝯ hanc facit reputatio ſui cogitādo vel dicēdo. q̄s ē iſte reſpectu mei tā apud deū q̄ȝ hoies. z ſic ſupbit. iō diffinit̄ ſic. Supbia eſt ꝑpria reputatio. Optime Apl's regulabat ſe ſm̄ mēſurā diuine regule. ij. Cor. x. di. Nos autē nō i imenſuȝ gl'iamur: ſȝ ſm̄ mēſuraȝ quā mēſus eſt nobis deus. Nam hec eſt origo z initiū oīs pctī vt hō nō ſubijciat̄ d̄o z regulis eius. Ideo dicit̄ Eccl. x. Initiū ſupbie hoīs eſt apoſtatare a deo. O q̄t ſūt mō hoies ſupbiſſimi q̄ nō curant de deo z eius lege. ſed ſine timore peccant infringēdo ei⁹ p̄cepta viuētes ſm̄ legē ꝑprie volūtat̄. z ſi interdū viuere nequeūt ſm̄ legē ꝑprie volūtatis eoꝝ iproperant deo z plat̄ ſuis ex inobediētia. q̄r oīs ſupbus eſt iobediēs ipatiēs z ambitioſus ac elatus. z ſic int̄ ſupbos ſp iurgia ſūt.

H Scd̄o ſupbie q̄ddita s ꝑpēdi poteſt diſtinctōib⁹. Sctūs em̄ Bonauē. li. de reformōtōe mētis diſtinguit ſup

biā in ſanctā ſupbiā ꝛ vitioſaꝫ. Sācta
eſt ſupbia .i. appetit⁹ honoris dat⁹ fu
it hoi in ſui creatōe vt altiſſimū hono
rē deſideraret .ſ. amicū dei eſſe. d̾o pla
cere. filiū ꝛ heredē dei ꝯſtitui. ꝛ ei cōre/
gnare ꝛ aſſimilari nō in eq̄litate potētie
ſicut lucif. ſꝫ ex imitatōe bonitat̾ illi⁹
vn⁹ cū deo fieri ſpūs. ꝛ eq̄lis angelis ꝛ
nulli ſubeſſe niſi ſoli dn̄o oim̄. et vt ſe
tante dignitat̾ agſceret ex q̄ imagineꝫ
d̾i in ſe habet vt nulli indigniori dig/
ret ſe ſubijcere: ſꝫ ꝑ dn̄i dei volūtate et
ſui vtilitate vteref̄ creature miſterio.
Supbia v̾o vitioſa ē q̄ q̄s appetit ho
minibꝫ placere. gl'iam ab eis q̄rere. et
alios in ſui cōpatiōe ſpnere ꝛ alios ſi/
bi ſubijcere q̄ forte meliores ſūt. ꝛ gl'ia
ri in diuitijs q̄ ſūt terra ꝛ lutū. ſicut fa
tui q̄ gl'ianf̄ qn̄ īuoluti ſunt luto. ꝛ ſic
hoīes mutauerūt gl'iam ſuā in ſilitu/
dinē vituli comedētis fenū. Hec autē
ſupbia in triplicē ſuperbiaꝫ vitioſam
diſtinguit̄. Pri̱a eſt ſibi ipſi nimis pla
cere ꝛ maiorē ſe reputare q̄ꝫ ſit in v̾ita
te. hoc eſt initiū oīs pc̄ti. Secūda ap/
petere ꝛ ſtudere alijs placere ꝛ maior
velle credi ab alijs q̄ꝫ ſit iuſtū h̾ ē ina/
nis gl'ie. Tertia ambire ꝛ alios p̄ire ꝛ
ſub ſe eos velle ꝛc̄. Sic decepta ē ſup/
bia ꝛ alios vult ſecū decipi duꝫ cupit
ſe maiorē putari q̄ꝫ ſit. ſicut mag⁹ de/
cipit garſionē vt putet ſe in equo ſede
re cū ſup faſcicl'm palee ſedeat. In h̾ ꝯ
riaf̄ d̾o cū oīa ſubiecta ſūt ei ipſa vult
ſolū ſui iur̾ eſſe ꝛ ſpoliat deuꝫ debito
honore ſuo ꝛ vniuerſali dominio q̄ꝫ
rū in ſe eſt ꝛ ingrata eſt de dei bn̄ficijs
q̄ accepit de q̄bꝫ gl'iam ꝓpriā q̄rit non
dei. Tertio q̄ditas ſupbie pōt ꝑpē/
di ex ſilitudinibꝫ. Nā ſupbia aſſil'af̄ q̄
drige vt dicit Hugo de clauſtro aīe
Quattuor inq̄t ſūt q̄ trahūt elatōnis
currū .ſ. amor dn̄andi. amor ꝓpe lau/
dis. ꝯtēptus ꝛ inobedientia. Rote v̾o
ſunt iactantia mentis. arrogantia. v̾
boſitas ꝛ leuitas. Auriga eſt ipſa ſup/
bia. Amatores mūdi ſunt qui ferunt̄
in hoc curru. Infrenes ſunt equi. vo/
lubiles rote. auriga ꝑuerſus. ꝛ q̄ por/
tant̄ infirmi. Hinc ꝛ Chryſ. ſuper pre
ſens euangeliū ait. Geminas aurigas
ꝛ duas bigas in ſtadio poſitas ſmo
p̄ſens ꝓponit. in altera quidē iuſticiā
cum ſuperbia. in altera peccatū ꝛ hu/
militateꝫ. ꝛ vides bigam peccati ſupe
rare iuſticiā. nō ꝓprijs viribꝫ ſꝫ humi
litatis cōiūcte. Illā v̾o deuictaꝫ n̄ fra/
gilitate iuſticie ſꝫ mole ꝛ tumore ſup/
bie. Nā ſic hūilitas ꝑ ſui eminentiam
pc̄ti pōdus ſupat ꝛ ſaltans attigit ad
deū: ſic ſupbia ob ſui molē d̾ facili iu/
ſticiaꝫ depmit. q̄ꝛ oīs q̄ ſe exaltat hūili
abit̄ ꝛc̄. H Scd̄o notem⁹ ꝑuerſe
ſupbie ſpeciei diuerſitatē. Naꝫ b. Gre.
in .iiij. moral'. ponit q̄ttuor ſpēs ſuper
bie. Primā cū q̄s eſtimat bonum q̄d
hꝫ a ſeipō habere. Scd̄aꝫ cū bonū q̄d
habet aſſcribit ſuis meritis. Tertiam
cū q̄s iactat ſe habere bonū q̄d nō ha
bet. Quartā cū q̄s ceteris deſpect̾ ſin/
gulariter vult videri. Prima igit̄ ſup
bie ſpecies eſt cū q̄s ex inordinato ap
petitu ꝓpe excellentie bonū habitū vt
ingeniū: itellectū: fortitudinē: pulchri/
tudinē corpis: diuitias: honores: po/
tentias vel bonū ſpūale. vt grām: ſa/
pietiā: iuſticiā: patiētiā: fidē ꝛc̄. ꝛ hmōi
a ſe habere eſtimat ꝛ nō a d̾o. Notan/
dū tn̄ ſ'm Tho. ij. ij. q. xvj. q̄ vno mo/
do eſtimatio rōnis ī vniuerſali ſic cor/
rūpit̄ vt ſi exiſtimat vniuerſale bonū
q̄d habet nō habere a deo ſꝫ a ſeipō h̾
ptinet ad infidelitatē cum recta fides
xpiana teneat q̄ deus eſt creator ꝛ au
ctor omniū bonoꝝ. Secūdo corrum
pit̄ eſtimatio rōnis in pticulari ꝓpter
aliquam paſſionē. verbi gratia. ſi ali/
q̄s ſentiret fornicatōꝫ nō eſſe pc̄tm̄ eēt

hereticus .nō aūt hereticus cenſet̃ infi delis fornicator q̄ fornicatōem elegit tanq̄ȝ bonū ꝓpter ↄcupiſcētie paſſiōeȝ Ita a ſimili ſi q̄s exiſtimaret vniuerſa liter ⁊ abſolute deum nō eſſe omniuȝ creatorem: eſſet hereſis pctm̄. ſed ꝙ ali quis ꝓpt̄ inordinatū amorē ꝓprie excel lentie ita de bonis ſuis glorieť ac ſi ea a ſeipſo haberet: ptinet ad ſupbiā non ad infidelitatē. Cōtra tales ſic ſupbiē tes dicit apl's .j. Chor. iiij. Quid habeſ qd̄ nō accepiſti. ſi aūt accepiſti qd̄ glia ris quaſi nō accepis. Et .j. Paralip. xx Tua ſunt oīa ⁊ q̄ de manu tua accepi mus dedim⁹ tibi Scd̄a ſpēs ſupbie eſt cū quis bonū qd̄ habet aſcribit ſibi ⁊ ꝓpriis meritis credēdo aliquā excel lentiā eſſe in natura vel gr̄a aut fortū na .i. tpalibꝫ ſuis meritꝫ ⁊ v̄tute. p q̄bꝫ videť ſupbo ꝙ de⁹ ſit ſibi obligat⁹. Cō tra quos dicit apl's ad Titū. iij. Non ex opibꝫ iuſticie q̄ fecim⁹ nos ſȝ ſm̄ ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit. Tertia ſupbie ſpecies ē cū q̄s iactat ſe hr̄e bonū qd̄ nō habet. vt aptū ingenium capacē memoriā. induſtriā in agēdis. prudentiā in regimine. ſciam in mēte. ꝑfectiōem in vita: ⁊ ſilia cū nō habeat vel ſi habet: non intantū ſicut gloriať ꝑiculoſum eſt hoc maxime qn̄ q̄s ſan ctum ſe exiſtimat ⁊ ī ſua ſanctitate ↄfi dit. talis ſepe a deo cadere ꝑmittiť. ſic Petrus q̄ dicebat. Et ſi oēs ſcandali zati fuerint ſȝ nō ego. Luce. xxij. Unde Aug. ad q̄ndā mulierē. Audeo dicere. ꝙ ſupbis eſt vtile in aliqd̄ apertuȝ ca dere pctm̄ vnde ſibi diſpliceāt. quia iā ſibi placendo ceciderūt. Salubri⁹ em̄ Petr⁹ diſplicuit qn̄ fleuit q̄ȝ ſibi pla cuit cū p̄ſumpſit. Hinc ⁊ ps̄. dic. Im ple facies eoꝝ ignominia ⁊ querēt no mē tuū. aut ſi ex gr̄a deus p̄ſuat a rui na: tn̄ in cōparatione alioꝝ talē frequen ter ↄſueuit humiliare ſicut illū elatuȝ ī ſua ſanctitate heremitā q̄ q̄ſiuit in orō ne cui in vita eſſet ſimilis. ⁊ rn̄ſum ha buit ꝙ Gregorio pape. vt p3 in ei⁹ le genda J Similit̄ in vitaſpatꝝ dr̄ ꝙ ſancto piterio viro ꝓbatiſſimo ſem perq̄ȝ in deſerto viuēti aſtitit angelus dicēs. Cur grāde aliqd̄ de te eſſe crediſ vt ſanct⁹. Uis videre mlīerē ſanctiorē te vade ad thebeōnitaꝝ monaſteriuȝ feminaꝝ. ⁊ vna ex eis inuenies in capi te habentē coronā ipamq̄ȝ cognoſce te eē meliorē. Statimq̄ȝ ad dictū mona ſterium venit ⁊ magiſtros monialiuȝ rogauit vt introducerēt eū ad mōaſte rium feminaꝝ. Quē mox illuc itrodu xerunt. Ingreſſus aūt deſiderauit om nes ſorores reſpicere inter q̄s ſolā illā ꝓpter quā venerat non videbat ait ad abbatiſſam. Omes mihi adducite. de eſt em̄ vna ex vob. Dicūt ei. adhuc vnā ſtultā habem⁹ intrinſec⁹ in coquina. ⁊ etiā credimus ꝙ a demone vexetur: que v̄go ſtultā ſe ſimulauerat. q̄ adeo ab aliis horrori habebať vt nec cibuȝ cū ea caperēt. Talē quidē elegerat vi tam vt a coquina nunq̄ȝ recedens to tius monaſterii officiū impleret. ⁊ erat vulgare prouerbiū d̄ ea. Uniuerſe do mus ſpongia. Impletū eſt autē in ea quod in ſanctis libris ſcriptū eſt. Si quis ex vobis putat ſe ſapientem eſſe in hoc mūdo ſit ſtultus vt ſapiēs fiat. Hec igitur inuolutū pannis habebat caput. ita q̄ȝ omībꝫ ſeruierat ac ſi eſſet omniū ſeruitrix. Cetere aūt v̄gīes ton ſe cucullis cooperiunť. nulla aliquan do potuit hāc de q̄dringētis v̄ginibꝫ videre māducantē. nūq̄ȝ p oē tps ſedit ad mēſam. a nulla vl' modicā buccellā panis accepit ſȝ micas tm̄ dtergēs mē ſas ⁊ ollas abluēs his ſol' ↄtenta viue bat alimoniis. nulli vnq̄ȝ iniuriā fecit nulla aliquādo perſona audiuit eius murmur. nulli vnq̄ȝ ad ſat' locuta eſt

immo vix aliqñ audiert ei⁹ vocē. ⁊ cer/
te cū ab oīb⁹ cederet cū omniū viuerꝫ
odio maledicta oīm ſuſtinebat. Ait ei
Piteri⁹ ſctūs. Exhibete eam vt videā.
Que vocata cū nollet venire ſentiēs ī
ſe ꝙ diuīa reuelatōe cognouiſſet eā: di
cunt ei. Sanct⁹ Piteri⁹ deſiderat te vi
dere. Erat ei vir magn⁹ fama ⁊ nomīe
Cūqꝫ ei fuiſſet exhibita vidiſſetqꝫ pan
no frontē ei⁹ inuolutaꝫ ꝓiecit ſe ad pe/
des ei⁹ di. Bñdic me īqt dña. q ſimi/
lit' ad pedes ei⁹ ſe ꝓiecit di. Tu bñdic
me dñe. Oēs aūt ſorores obſtupuerūt
ſil' dicētes. Noli abba talē iniuriā ſuſti
nere: fatua ei eſt iſta quā cernis. Tūc
ſctūs Piteri⁹ oīb⁹ ait. Uos īqt eſtis
fatue. Nā iſta mea ⁊ veſtra dña eſt ⁊ ō
ꝑcor dñm vt dign⁹ ipa ī die iudicij me
rear inueniri Quo audito oēs ſiml'
ad pedes ei⁹ ſe ꝓiecerūt: ſingulęqꝫ pec/
caſſe varijs modis ꝯfitētes ſe. Ubi gra
alia ab luens ſordes cathini ſupra caꝫ
ſe fudiſſe dicebat. alia vo colaphis cā
cecidiſſe. alia nares ſuas ſinape imple
tas ꝓieciſſe in eam deflebat. cetere qqꝫ
diuerſas referebant iniurias ſibi irro
gaſſe. ꝓ qb⁹ oīb⁹ ſanct⁹ ille fuſis deo ꝑ/
cib⁹ egreſſus eſt. Poſt paucos vo dies
illa nō ferens tantā gl'iam ⁊ timens ꝑ
dere dei grām ꝑ inanē gl'iam egreſſa ē
de monaſterio occulte. quo ierit vel q
deuenerit ad nulli⁹ potuit noticiam ꝑ
uenire. tñ dñm deū ꝑ humilitateꝫ non
amiſit Quarta ſpecies ſupbie eſt cū
qs ceteris deſpectis ſingularit' vult vi
deri. in hāc corruit phariſe⁹ q ſe iuſtifi
cabat ⁊ damnabat publicanū ⁊ cetoſ
pctōres. Et modernis tpib⁹ mlti hūc
phariſeū imitant' q ſe credūt bñ viue/
re: cū tñ coꝝ officiū eſt ꝯplacere mūdo
iudicare ꝓximos. detrahere alijs. ma/
gnificare ſeipoſ. mendacia loqui. odia
retinere. ⁊ iactanter ſe noīare. Quibuſ
dñs deus cōminat' dicēs Abdie. j. Si
exaltat⁹ fueris vt aqla ⁊ ſi inter ſidera
poſueris nidū tuū inde detrahā te di/
cit dñs. Et Eſa. xxiij. c. Dñs exercituū
cogitauit hec vt detraheret ſuperbiaꝫ
oīs gl'ie. ⁊ ad ignominiā deduceret vni/
uerſos inclitos terre. O ſupbe oīmi cō
fuſione digne. O elate de numero fili/
orum dei eiecte crede ſctōꝝ ⁊ ꝓphaꝝ di
ctis. qꝛ de⁹ oīm pugnabit ꝯ te ⁊ deſtru
et ⁊ ꝯfundet. Et ſi non vis credere his:
crede ſaltē deifere ꝟgini marie. que ait
Luc. j. Depoſuit potētes de ſede. ⁊ om
nino ſi xp̄s de⁹ eſt crede ei ⁊ humilia te
qꝛ ecce dicit. Qui ſe exaltat hūiliabit': ⁊
q ſe hūiliat exaltabit'. Sic eīm ordina/
uit de⁹ ī ſuo ꝯſiſtorio ⁊ ſup h' inſtrumē
tū edidit vt null⁹ poſſideat locū ſctōrū
angeloꝝ de hoīb⁹ niſi q ſe hūiliauerit.
Si igit' cupis regnare cū xp̄o hūilia te
ſi vis gaudere cū hūili ꝟgine que ait.
Reſpexit hūilitatē ancille ſue: hūilia te
Si vis ſedē angl'oꝝ poſſidere: hūilia
te ⁊c. R Tertio notem⁹ ꝗrſe ſu
perbie abominabilitatē. Nā altiſſim⁹
de⁹ multū abomiat' ſupbiā in angelis
qs ꝓ ea eternalit' dānauit. vt dr. ij. Pe
tri. ij. Angel' peccātib⁹ nō pepcit ſꝫ rudē
tib⁹ tradidit cremādos magꝭ eos qui
p⁹ carnē in ꝯcupiſcētia ambulāt ſemp
tradet illos ignib⁹. Ecce pꝫ ꝙ magis
abominat' ſupbiā de⁹ ī hoīb⁹ miſerijs qꝫ
in angel'. qꝛ dicit glo. ſup pdicta verba
Si ſupbia ī diuite ſic iudicata ē. qd fi
et de paupe ſupbo. Quis neſciat ſup/
biā magꝭ tolerabilē eē ī diuite qꝫ ī pau
pere. Abomiat' aūt omps de⁹ ſupbiaꝫ
ꝓpter quinqꝫ

Primo ꝓpt' diuinā offenſionē.
Scdo ꝓpt' diuinā inhonoratiōeꝫ
Tertio ꝓpt' nimiā iniuriatiōꝫ
Quarto ꝓpt' impiā deſtructōꝫ
Quinto ꝓpt' oīmodā inuaſionē

Primo dixi ꝙ omps de⁹ abominat' ſu r
ſupbiā ꝓpt' diuinā offenſionē. nullum

em̄ viciū eſt qḋ ita offendat diuinam maieſtatē ſicut ſupbia. Cui⁹ rō ē. q2 vilis hō circūdat⁹ int⁹ ꝛ foris multimodis miſerijs ꝑ ſupbiā vult deo equiparari dū affectat ꝑeſſe ꝛ nulli ſubeſſe Solū em̄ vnū ens eſt qḋ nulli ſubeſt. altiſſimus ille de⁹. de ꝙ Aug. li. de ſpeculo dic. De⁹ ſupra quē nihil ē. ſine ꝙ nihil. de⁹ ſub ꝙ totū. cū ꝙ totū. ꝛ in ꝙ totū. De⁹ a ꝙ oia. ꝑ quē oia. in ꝙ oia. Idē lib. meditationū. De⁹ cui⁹ potētia non exhaurit. cui⁹ miſcḋia nō exinanit. cuius ſciā nō deficit. cui⁹ poteſtas qḋ vult efficit. Ecce ꝗd ē de⁹. Sz ſupbꝰ vult hoc idē ꝑ ſupbiā eſſe. Vn̄ Ber. Dico vobis frēs ꝙ oīs ſupbꝰ extollit ſup deū. vult em̄ de⁹ fieri ſuā volūtatē. vult ꝛ ſupbꝰ ſuā fieri. De⁹ em̄ in his ꝗ rō approbat ſuā vult fieri volūtatē. ſupbꝰ ꝟo cū rōne ꝛ ꝯ rōnē. ſic Domician⁹ impator vt refert Oroſi⁹. ꝙ ad hāc ſupbiā deuenerat ꝙ nomē ihū xp̄i de toto orbe deleri ꝑcipet ꝛ ſe vt deū colendū inſtitueret. ꝗ tandē abiectus ꝛ hūiliat⁹ occiſus eſt a ſenatoribꝰ Oīa nāqꝫ vicia a do fugiunt: ſola ſupbia ſe ei opponit. Vn̄ ḋ ſupbo dr Job. xv. Cucurrit aduerſus deum erecto collo ꝛ pingui ceruice armatus. glo. Erecto collo aduerſus deum cucurrit duz ꝗ creatori diſplicent cū audacia ꝑpetrauit. Merito igit diuia maieſtas abomiat ipaz. Et vt dicit ps. Retribuet abūdant facientibus ſupbiam Scḋo abominat de⁹ ſupbiam ꝑpter diuinā inhonorationem. Inhonorat em̄ deū corde ore ꝛ opere. ac ſi dicat ſupbus. Non ſolū te offendere volo: ſed ꝛ debita gloria tua te ꝑuare intendo: dum dei gliaz ſibi vſurpat. de qua dicit ꝑ Eſa. xlij. Gliam meam nō dabo alteri. Nā in omni bono ope duo ſunt. ſ. vtilitas ꝛ gliatio. Vtilitatem boni opis de⁹ nobis dimiſit. ſic ꝙ gliam ſuā de bono ope ei reddamus. Si ꝟo gliam dei nobis vſurpamus ꝯtra eum: ꝑdemus ꝛ boni vtilitatē. O veſania hoīum inter tot mala ſupbire ꝛ ꝯtra deū gloriari nō ſolum de bono: ſed etiā de malis. De qbꝰ ps. Quid gloriaris in malicia qui potēs es iniquitate. Idem. Laudat pctōr in deſiderijs anime ſue Tercio abominatur deus ſupbiā ꝑpt nimiā iniuriationem. Supbꝰ em̄ nō ſoluz offendit deum in ſe ſed etiam in ſuis membris ꝑrimo iniuriando. ꝯtemnēdo. opprimendo. Prouer. xj. Ubi fuerit ſupbia ibi erit ꝛ ꝯtumelia. Unde ſupbꝰ ꝗuis ꝯfiteatur. ꝗuis eucharistiam ſumat. tn̄ nō miſericordiā ſed indignatōnem dei meret. q2 excecatus ſupbia non vere ſe recognoſcit. vt recōciliaretur his quos offendit verbis. factis. ꝛ ſi hoc interdum facit: tn̄ nō habet firmū ꝓpoſitum de cetero cauendi. ꝛ ſic ſepiue fratres nobiles ex quo ſunt ſupbi nō pn̄t ꝯcordare ſed ſibi ĩnuicē inuidēt De quibus Prouerb. xiij. Inter ſupbos ſemper iurgia ſunt. Oīes igit ſupbi ſunt de milicia diaboli. vt dr Job. xlj. Ipſe eſt rex ſup oēs filios ſupbie. Humiles ꝟo ſunt de xp̄i milicia. Math. xj. Diſcite a me q2 mitis ſum ꝛ humilis corde Iſte due acies ſemꝑ ꝯtrarie fuerunt. ꝛ hic ſupbi freqūter opprimūt hūiles xp̄i milites. ꝑ quibꝰ quaſi ſibi factis conqueritur ꝑ ps. di. Confundant ſupbi: quia iniuſte iniquitatē fecerunt in me Merito igit dr Amos. vj. Dicit dominus exercituum: deteſtor ego ſupbiaz

Quarto abominat altiſſimus de⁹ ſuperbiā ꝑpter impiā deſtructionem. Nam deſtruit ꝛ ꝯſumit bona tempalia. Quis deſtruxit h regnū opulētiſſimum. Quis depaupauit ei⁹ incolas. nōne ſupbia principū. Vn̄ Ecci. xxj. dr Dom⁹ locuples annihilabit ſuperbia Hinc Aug. Tinea diuitiaꝝ ē ſupbia.

Difficile nāq; eſt vt quis diues ſit ꝛ ſu
perbꝫ nō ſit. Nam ſepe ſupbi iuſto dei
iudicio ad magnā inopiam deueniūt
Item deſtruit bona grē. Jaco.iiij. De/
us ſupbis reſiſtit: humilibꝫ aūt dat g̃/
tiam. Itē bona glīe deſtruit. ps. Deie/
ciſti eos dum alleuarent. Et ſic tā an/
gelis q̄ȝ hoībꝫ nocet. Jō dꝛ Eccī.x. Odi
bilis eſt deo ꝛ hoībus ſupbia Quin
to deus omnipotēs abominat̄ ſupbi/
am ꝓꝑ̄ multimodā inuaſionē. Nā ſu
perbia ꝑ ſuā ſubtilitatē oīa opa hoīm
ꝛ genera inuadit. qꝛ ſcḋm Greg. alia vi/
cia in malis ſunt. ſȝ hec latitat inter ci
neres ꝛ cilicia. Quedā vicia nō ꝯueni
unt in hoīm ꝯgregatōe vl̄ ſolēnitatibꝫ
ſed hec q̄nto hoīm cōgregatio maioꝛ.
q̄nto ſolēnitas celebrioꝛ. q̄nto locꝰ ſan
ctioꝛ. tāto magꝭ aggredit̄. vt nō ſit q̄ ſe
abſcondat a calore eius. Specialit̄ tn̄
ſex hominū genera aggredit̄ ſuperbia
videlicet prelatos. religioſos. clericos
ꝓ̇ncipes. laicos ꝛ mulieres. Primo ſu
perbia inuadit ꝑ̄latos eccl̄ie dum eſti
mant ſe meliores ſuis ſubditꝭ ꝛ quaſi
meritꝭ eoꝝ deꝰ eos ꝑ̄fecerit. Hinc ē q̄
oīa volūt de ſuo capite facere. ꝛ nullo
modo patiunt̄ ab alijs rep̄hendi q̄ſi ī
ip̄is eſſet theſaurꝰ bonitatꝭ et ſapientie
alij aūt oēs ſtulti ꝛ inutiles. ꝛ ex h̄ tan
q̄ȝ dn̄i volūt ab omnibꝫ ſubditis time
ri ꝛ revereri. magis dolētes de ſuaruȝ
ordinationū etiā leuiū tranſgreſſione
q̄ȝ de tranſgreſſione diuinoꝝ ꝓ̄ceptoꝝ
ꝛ ſtatim ſe vindicare volūt. Vn̄ Greg.
in omel. Hi q̄ falſa iuſticia ſupbire ſo
lent nulla infirmātibꝫ miſericordia cō
deſcendunt. Scḋo aggredit̄ religio/
ſos ſuperbia dū deſpiciunt ſe melio/
res ſeculares cum quibꝫ nolūt habe/
re ꝯſortium etiā in neceſſitate. tales ſi
cut iudei in domū pylati nō intrabāt
ſed innocentis xp̄i mortem ꝓcurabāt
iſti ꝯſiderare debent q̄ manus dn̄i nō
eſt abbreuiata in dando gr̄am. Nam
frequēter in ſeculo ſanctiores reperiū
tur. vt pꝫ in vitaſpatꝝ de Paſuncio.
Quādoq; ſuperbiūt religioſi iactātes
ſe de ſua religione ꝛ patribus religio/
nem inſtituētibꝰ di. Dīm doctoꝝ ſub/
tiliſſimꝰ Augꝰ. fundauit hāc religionē
Quidā noſtra religio fundat̄ ſup euā
gelium ꝛ p̄rem nr̄m quē xp̄s dn̄s ſuis
ſacris ſtigmatibus inſigniuit. h̄ totū
verꝝ eſt. ſȝ audiatis q̄d dicat Hierony
mus. Nō ſunt inq̄t filij ſc̄tōꝝ q̄ tenent
loca eoꝝ. ſȝ q̄ exercēt opa eoꝝ. Tertio
aggredit̄ ſuperbia clericos dū ſuper/
biunt de libroꝝ ſuoꝝ copia ꝛ veſtium
ac equoꝝ pinguiū ornatu. ꝛ i ferculo/
ruȝ ac panū copioſitate. Cōtra q̄s dic̄
Bern̄. in ep̄la ad ep̄m Senonen̄. Cla
mant pauperes. clamāt nudi. clamāt fa
melici. ſed iumēta veſtra gradiunt̄ or/
nati auro ꝛ gēmis. fratꝝ aūt lateribuſ
nec ſimplicia apponitis. Itē aliquan
do ſuperbiūt de aprodianis ꝛ famul̄
illos ornando victibus et veſtibus ꝓ̄
cioſis. ꝑ ſe verecundant̄ ꝯtra ꝯſuetudi
nem deferre talia. ꝛ nihilominꝰ ſuper/
biunt deferri facientes cū ſuis. Quar
to aggredit̄ ꝓ̇ncipes ſupbia dum non
ꝯtentant̄ de dn̄atu hereditatū pater/
narum. ſed ꝑ phas ꝛ nephas imo fre/
quēter per calumniā occupāt ſibi alio
rum poſſeſſiones ꝛ gloriant̄ de multi
tudine vaſorum aureoꝝ ꝛ argēteorū.
ac de multitudine famulorū ſupboꝝ
in quibus a planta pedis vſq; ad ver
ticem nō eſt humilitas. cū rex regū na
tus ſit in diuerſorio ꝛ eiꝰ familia poſt
ꝟginem ꝛ Joſeph bos ꝛ aſinꝰ. Quin/
to ſupbia aggredit̄ laicos dū gloriant̄
de diuitijs: parentela: et bonis operi/
bus ſuis. Sexto mulieres aggredit̄
ſuperbia in ſupbo ornatu ꝛ fucamen
tis in q̄bus facent̄ q̄ deus nō bn̄ crea
uit earū capita ꝛ facies, ſed ip̄e meliꝰ

conanť diſponere arguētes creatorē; Sz dic Eſa.xlv. Ue qui ꝯdicit factori ſuo. Et eiuſdē.iij. Pro eo ꝙ eleuate ſũt filie ſion ꝛ ibant extento collo ꝛ cōpoſito gradu. ꝛ nutibus oculorū decaluabit dñs verticem filiarum ſion. Uide dñe deus afflictionē noſtrā ꝛ viſita nos gratia humilitatis tue. quia vbi ꝗ regnat peſtis ſuperbie. oēs aggrediũtur. oēs ſibi nomina inquirere laborant. alius aliū in diuitijs ꝛ honoribꝫ ꝑire feſtinat paulatim ꝛ quaſi inſenſibiliter per ſuccreſcentē ſuperbiā. Prius appetit habere vnū florenū. deinde duos ꝛc. deinde veſtes. tandē ēqs poſtmodū currū ꝛ familiam. ꝛ ſic gradatim ſine fine vſqꝫ ad celū ꝛ vltra aſcēdere. De qbus Bern. Superbꝰ per gradus aſcēdit. ſed tanꝗ̃ imemor vie per gradus deſcendere neſcit. ſ. ſed ꝑcipitabiť ſicut ſupbus lucip. de quo ſaluator Lu.x. Uidebā ſathanā ſicut fulgur de celo cadentē. Cōſideremus igitur dilectiſſimi fratres diligenter omnia opa noſtra ne appetitus laudis ꝓ illis intret ꝛ ꝑdamus meritū ꝛ gratiā quia ſaluator noſter humilitatis formã terribilē ꝛ vniuerſalē ſententiā denūciauit in hoc euangelio di. Omnis ꝗ ſe exaltat humiliabiť. qꝛ ſuperbia ꝺ angelis demones fecit. ꝛ ipa ē omniū peccatoꝝ initiū; finis ꝛ cauſa. qm̃ non ſola ē ipa ſupbia ſꝫ etiā nullū pōt aut potuerit peccatū eſſe ſine ſuperbia. A qua nos cuſtodiat pater ꝛ filius ꝛ ſpiritusſanctus Amen.

De eadem dominica decima poſt penthe. Sermo.xcvj

Dixit Jeſus

ad quoſdā q̄ i ſe ꝯfidebāt tãꝗ̃ iuſti ꝛ aſpnabanť ceteros ꝑabolā iſtā dicēs. Duo hoīes aſcenderūt in templū vt orarēt Lu.xviij. et in euāgelio. Uerba ſūt xpi pij ꝛ humilis ꝯtra ſupbos ꝛ ꝓſumptuoſos clamantis ꝑabolice ꝛ in fine ſic cōcludentis. Oīs qui ſe exaltat humiliabitur. et qui ſe humiliat exaltabiť. L Unde homines de quattuor ſolent multum ꝓſumere. ſ.

Primo de ſua ſcientia.

Secūdo de ſua iuſticia.

Tertio de ſua opulentia.

Quarto de ſua potētia.

Primo itaqꝫ ſolēt hoīes in ſe cōfidere de ſua ſcientia vt fuerūt philoſophi. ꝛ nunc legiſperiti qui perſcrutati ſūt gyrum celi. naturas planetaꝝ. virtutes herbarum ꝛ lapiduꝫ. confidentes nimium in ſua ſcientia. ideo diuinā ſcientiam nō habuerunt nec eterna bona cognouerunt. ſed defecerunt in vanitate ſua. De quibus dicit Augu. in ſoliloqo. Audiuimus ꝛ vidimꝰ multos in ſua ſapientia celos aſcendiſſe ꝛ animas in abiſſos perijſſe. quod vtiꝗ ſine timore nō recolo. ꝛ ſine magno tremore nō confiteor. Idē ſup illud Pſ. Abſorpti ſūt iuncti petre iudices eorum: dicit. Areſtoteles omniū philoſophoꝝ philoſophus ſedet in inferno. vbi ſtridor dentium ꝛ fletus oculorum. De hiſdē dicit Baruch.iij. Filij quoqꝫ agar qui exquiſierūt prudētiaꝫ que de terra eſt negociatores terre ꝛ fabulatores ꝛ exquiſitores prudētie ꝛ intelligentie. viam autē ſapientie neſcierūt. Hinc Apl's. Sciētia inflat. charitas autē edificat. Secūdo ſolent homies ꝓſumere de ſua iuſticia. ſicut iſte phariſeus qui orans dicebat Non ſum ſicut ceteri hominū. ꝛ tamē fuit corā dō abomiabilis. Un̄ Greg. in moralibꝫ. Sordet in oculis dei qđ fulget in oculis opantis. Ecc̄s.ix. Neſcit hō vtrū amore aut odio dignꝰ ſit.

ſed oīa in futuꝝ ſuant incerta. Et Job ix. Si ſimplex fuero hoc ipm ignorabit aīa mea. Ibidē. Si iuſtificare me voluero os meū ↄdēnabit me. Si innocētē oſtēdero prauū me cōprobabit Idē. xv. c. Ecce inter ſanctos eiꝰ nemo īmutabilis eſt. Et Gregoř. Sepe nr̃a iuſticia ad examē diuini iudicij adducta iniuſticia eſt. ꝙ nō eſt de ea pſumēdū. Tertio ſolēt hoīes ↄfidere d̄ ſua opulētia ſicut ille diues q̄ dicebat Luce. xij. Aīa mea habes multa bona reposita ī annos plurimos epulare zc̄. De talib⁊ dr̄ Baruch. iij. Ubi ſūt q̄ argentū theſaurizāt ⁊ auꝝ in q̄ ↄfidunt hoīes ⁊ nō eſt finis acq̄ſitōis eoꝝ q̄ argentū fabricāt ⁊ ſolliciti ſūt. nec ē inuētio opeꝝ illoꝝ. exterminati ſūt ⁊ ad inferos deſcēderūt. Hic Job. xxvij. Diues cū dormierit nihil ſecū auferet. apiet oculos ſuos ⁊ nihil īueniet. Quarto ſolēt hoīes pſumere de ſua potētia ſicut Sennacherib q̄ dicebat ezechie. Ezechia nō te ſeducat deus tuꝰ. Eſaie xxxvj. Que ē iſta fiducia in quo ↄfidis ſ; ipe ↄfuſus ē. q2 angelus dn̄i pcuſſit exercitū eius. ⁊ ipe tandē turpiter occiſus fuit a filijs ⁊ dānatꝰ Baruch. iij. Ubi ſunt pncipes gentiū ⁊ q̄ dn̄antur ſup beſtias q̄ ſūt ſup terrā. exterminati ſūt ⁊ ad inferos deſcēderūt. ⁊ alij ī loco eoꝝ ſurrexerūt. Jō xp̄s filius dei viui dicebat in euāgelio pabolā ↄ̄ eos q̄ in ſe ↄfidebāt ⁊ alios ſpnebāt zc̄. Ubi dicit bē. Grego. q̄ duob⁊ generib⁊ hominū pmixta ē eccl'ia ſc; electoꝝ et reproboꝝ. Nā oēs ad fidē generat ſ; nō oēs pdūc. ſicut habeť. xxiij. q. iiij. Hec autē vita que inter celū ⁊ infernū ſita ē ſicut in medio ſubſiſtit vtrarūq; partium ciues cōiter recipit. quos tamen ſancta eccl'ia poſtmodū in egreſſione diſcernit. Et Augꝰ de fide ad Petruȝ. Quādiu durabit eccl'ia militans in ſe tenet bonos ⁊ malos tā q̄ȝ palcas cū tritico in area. ſed cum venerit xp̄s iudex tenens ventilabꝛū; in manu ſua purgabit aream ſuam in fine mundi Ideo in pſenti ſermone duo notemꝰ documēta in his duobus hominibꝰ deſignata. ſ.

Primū erit de via pctōꝝ ⁊ tandeȝ damnandoꝝ.

Secūdū erit de via electoꝝ ⁊ tādeȝ ſaluandoꝝ.

Primū documētū dixi notādū d̄ via pctōꝝ ⁊ dānandoꝝ deſignatū in phariſeo ſupbo q̄ in via pctōꝝ aſcēdit in tēplū. Un̄ ſeptuplex ē via pctōꝝ. ⁊ p ↄſequēs dānatōis p q̄s incedūt pctōres. q̄ a xp̄o lata via dr̄. ſ.

Prima via ſupbie.
Secūda via auaricie.
Tertia via luxurie.
Quarta via ire.
Quinta via gule.
Sexta via inuidie.
Septima via accidie.

Prima igiť via pctōꝝ ⁊ dānatiōis dr̄ via ſupbie q̄ ē via ſubtilis ⁊ vix cogſcere q̄s poterit q̄ p eā trāſeat. ſic iſte phariſeꝰ putabat ſe ire p viā ꝟtutū. Un̄ dicebat. Grās tibi ago dn̄e q2 nō ſuȝ ſic ceteri hoīm raptores: iniuſti: adulteri. Uelut etiā hic publicanꝰ. Jeiuno bis in ſabbato. decimas do oīm que poſſideo. ⁊ tn̄ ignorabat q2 elatꝰ erat ⁊ raptor: q2 oībus detrahebat. Si igiť nolumꝰ dānari cū phariſeo tūc neceſſe ē cognoſcere vias pctōꝝ ⁊ dānatōis. q2 dicit Areſto. iij. de aīa. Uolūtas n̄ ferť niſi in pcognitū. Et Aug. x. de ciui. dei ca. j. Firmiſſime nouimus nō niſi nota amari poſſe. Et q2 oppoſita habēt fieri circa idē. nec vtriq; niſi cognita mala odiſſe poſſumus ⁊ vitare. Un̄ quālibet haꝝ pditionū viā triplicit̃ cognoſcere valemus. ſ.

Primo diffinitione
Scdo diuiſione
Tertio ſimilitudine

M Primo itaq; viam ſupbie cognoſcere valemus vtcūq; diffinitione Diffinit᷑ eīm ab Augu. xiiij. de ciui. dei. Supbia eſt pu'erſe celſitudinis appetitus. Et ab eodē li. ij. ꝯtra manicheū. Quid eſt ſupbia niſi deſerto ſecreto cōſcientie foris velle videri quod nō eſt. Et ab eodē li. de innocētia. Supbia ē amor ꝓprie excellētie. Cui ꝯcordat Bernard⁹ dicēs. Supbia eſt ꝓprie excellētie appetit⁹ Scdo q̄z viā ſupbie cognoſcere poſſum⁹ diuiſiōe. Nam duplex eſt ſupbia. ſ. exterior ꝛ interior. Exterior eſt q̄ apparet foris in voce. i veſte vel in ope. Scda ſupbia interior ē in corde. ꝛ hec eſt peior q꞉ min⁹ cognoſcit᷑ ꝛ min⁹ vitat᷑. ſic ip̄i⁹ phariſei ſuperbia nō apparebat foris i veſtibꝫ. iō nō cognoſcebat ſꝫ dicebat. Nō ſum ſic ceteri hoim. Vn̄ dic̄ Aug. ꝺ ciui. dei. Audeo dicere: ſupbis vtile eſt cadere i aliquod aptū ꝛ manifeſtū pctm̄ vnde ſibi diſpliceāt q̄ iā ſibi placēdo ceciderāt Salubri⁹ eīm petro diſplicuit quādo fleuit q̄z ſibi placuit qn̄ p̄ſumpſit Dic p̄s. Imple facies eoꝝ ignominia ꝛ q̄rent nomen tuū dn̄e. Hec igit᷑ eſt illa peſtis q̄ bonos ꝛ malos: magnos ꝛ puos cupit deuorare. Aug. de natura ꝛ gr̄a. Cetera vicia i malefactꝫ valent. ſola ſupbia etiā in recto ē cauēda Tertio deniq; viaꝫ ſupbie cognoſcere poſſumus ſil'itudine. Facil⁹ eīm mēs pcipit inuiſibile q̄le eſt ſupbia ſil'itudine q̄z ſolo ꝑmone. iō ſaluator loquebat᷑ ſimilitudine ꝛ pabolice ſic̄ i iſto euangelio. Vn̄ dr̄ de eo. Et nūq̄z ſine pabolis loquebat᷑. Cui⁹ rōnem dat Gregor. in omel. xl. Vt ex his q̄ nouit anim⁹ ſurgat ad incognita q̄ nō nouit quaten⁹ exemplo viſibiliū ſe ad inuiſibilia rapiat. ꝛ p ea q̄ vſu didicit q̄ſi ꝯfricat⁹ incaleſcat. vt p hoc q̄ ſcit notuꝫ diligere diſcat ꝛ incognita amare. Et. iij. ꝺ aīa. Intelligentē oportet fantaſmata ſpeculari. Vn̄ ſupbia ſic figurat᷑. Superbia eīm vadit i via pditiōis. ſedēs ſup dromedario armata armis aureis. ducēs ſup galeā pauonē. in clipeo leonem. in tunica aquilā. in manu gladium latū. Supbia igit᷑ dr̄ ire i dromedario qd̄ eſt aīal velociſſimuꝫ. q꞉ vno die longi⁹ currit q̄z equus in tribꝫ. vt dicit Hiero. ſup Mat. Sic ſupbi veloces ſunt ad ſui oſtentatiōem. de q̄bꝫ Prouer. j. Pedes eoꝝ ad maluꝫ currunt. Et p̄s. orat dicēs. Nō veniat mihi pes ſupbie. Cui⁹ rōem idē aſſignat di. Veloces pedes eoꝝ ad effundēduꝫ ſanguinē Poſtea dr̄ ducere i galea pauonē. q̄ talis ē nature q̄ ſi inſpicit᷑ extēdit pēnas in cauda vt videat᷑ ꝛ laudet᷑ Sic faciūt ſupbi q̄ gl'ian᷑ in veſtibus p̄cioſis ꝛ lōgis. q̄bꝫ dic̄ Salomō. Ne glieris vnq̄z in p̄cioſa veſte tua. Cui⁹ rōem dic̄ Iac. v. c. Veſtimēta vr̄a a tineis comeſta ſūt. theſaurizaſt̄ vob' vindictā in die ire. Et ſic̄ pauo nō attēdit ad pedes ſuos. ſic ſupbi nō intelligūt fragilitatē ſuā. de q̄bꝫ Bern̄. O homo q̄d ſupbis cinis ꝛ puluis. cui⁹ ꝯceptio culpa. naſci miſeria. viuere pena. mori anguſtia. Idē. Cōſidera o hō vn̄ veneris ꝛ erubeſce. vbi es ꝛ ingemiſce. q̄ vadis ꝛ ꝯtremiſce. Sꝫ ꝛ attēde o ſupbe q̄ de⁹ tu⁹ creator tu⁹ ꝛ redēptor humilitatis exēplū tibi dedit di. Diſcite a me q꞉ mit' ꝛc. Deinde ſupbia dr̄ hr̄e in clipeo leonē q̄ dr̄ rex aīaliū. quē ſequūtur cetera aīalia. ꝺ q̄bꝫ q̄ vult occidit Sic ſupbꝫ imitat᷑ diabolū. iuxta illud Iob. xlj. Ipe eſt rex ſup om̄es filios ſuperbie. Inſup ſic̄ leo ita ſupbꝫ omnibꝫ inimicat᷑ ſupioribꝫ equalibꝫ ꝛ inferioribꝫ. Iō bn̄ ait Salomon Prouer. xiij

Dominica decima poſt pēthe.

tatōnibus compūctus ad deū ſe con
uertit. z ſic ad deū iuit nō habens pe/
nam niſi illam mortē illatam. q ſi ſup
uixiſſet a tētatōib9 vict9 fuiſſet. Terti9
heremita pteplatiu9 eſt. diabol9 autē

pcurauerat impedimētū orōis. dum ordinauit vt qdā diues ſibi ciphuʒ argenteū daret vt p ſe oraret. ⁊ in orōe ſepius cogitabat quō ciphuʒ cuſtodiret Nūc vo cipho amiſſo rediīt ad cōſuetas orōes ⁊ deuotōes. Miles āt pdo nō eſt dign⁹ celeſti remuneratōe. ſʒ qa modicā ꝯſolatōem fecit nob iō dedi ei ciphū p remuneratōe. Mercator aūt q pecuniā amiſit depdat⁹ fuerat poſſeſſionē illi⁹ q pecuniā iuenit. Paſtor em cui⁹ pedē mercator amputauit cū pede matrem calcitrauerat. ⁊ ſic iuſte trūcatus eſt. Ad aceruos aūt abbatie ignē poſui. qꝛ cū paupeꝝ afflictōe multum de frugib ꝯgregauerat vt cōſanguineos de reb eccl'ie ditaret. ⁊ ſic iaʒ nō hʒ materiā peccādi. Miles vo qui pie nos recepit cū filiū nō hēret rogauit viros religioſos vt filiū a deo ſibi impetrarēt. qō dñs fec. Qui reſpectu filiī cepit dimittere miſicordie opa ⁊ iniuſte tpalia acqrere. Un ſi puer ſupuixiſſet tā pater qʒ puer dānati fuiſſent. nunc vo ad pora opa pietatis pr redibit et ſaluabit. Ne igit de dei iudicio occulto ampli⁹ murmures. qꝛ oīa regit et ordinat optime q nec velle nec facere pōt crudelit ⁊ iniuſte. q̄ potius omēs admonet vt miſcdiam ab eo et gratiā reqrant di. Omīs q petit accipit ⁊ qui querit inuenit ⁊ pulſanti apiet. Nō eī dei miſicordia ex h minuet ſi multis miſerebit cui⁹ miſcdia eſt infinita. Un queram⁹ chariſſimi ⁊ nos dei gratiaʒ nos humiliādo ei ⁊ ei⁹ pcepť. nec deū optimū audeam⁹ diiudicare. qꝛ nō fecit nos h iudices ſuos vt ipm iudicemus ſʒ poti⁹ noſmetipos qʒdiu viuimus ſufficiat nob ſi bñ noſmetipſos ſciem⁹ iudicare vt nō iudicemur cum dānatis. ſʒ in oib dicam⁹. Bñ oīa fec ⁊ ſic dabit grām hic et gliam ī futuro. Ad quā nos pducat ⁊c.

De eadē dñica vndecima p⁹ pēthe. Sermo. xcviij.

Bene oīa fecit

b ⁊ ſurdos fecit audire ⁊ mutoſ loq. Marci. vij. ⁊ ī euāgelio. Hec nāq vba popul⁹ clamabat xpo filio vginis marie q coraʒ eis ſanauerat mutū ⁊ ſurduʒ. ⁊ iō dicebat. Bene omnia fecit. ⁊ merito. qꝛ dic Magiſter in. ij. di. iij. q totum bonum erat qō ex ipſo erat. ſed ex ipſo qui eſt ipa bonitas ſunt omnia. Juxta illud Rom. xj Ex ipo ⁊ in ipo ⁊ p ipm ſunt omnia. g neceſſario bona. Unde dei bonitas licet in omnibus ſit. relucet tamen ſpecialius in trib. ſ.

Primo in creatione
Scdo in redemptione
Tertio in remuneratione.

p Primo dixi q dei bonitas relucet in creatione quā bñ fecit. ideo dicit Geñ. ij. Uidit deus cūcta que fecerat ⁊ erāt valde bona. Hinc Iſid. de summo bono. c. xx. Malū nō eſt creatuʒ a deo ſed a diabolo inuentū. iō nihil eſt malū creatū. Et Aug⁹. in enchiridion Deus cū ſit ſumme bon⁹ nihil ſinit eē malum in opib ſuis. Unde bene creauit oīa. vt patet in hoīe. pter quem creauit alia. vt dicit Mgr in. ij. di. j. et quē creauit pter ſe. iō dr Geñ. j. Faciamus hominē ad imaginē ⁊ ſilitudinē noſtrā. Et Ecci. xv. De⁹ fecit hominem rectū ab initio. ⁊ reliquit euʒ in manu ꝯſilij ſui adiecit mādata ⁊ pcepta ſi volueris ꝯſeruare ꝯſeruabunt te. g malicia nō eſt a deo ſʒ ab hoīe. Facili⁹ eī homo facit malum qʒ bonū. ſicut facili⁹ eſt deſcēdere qʒ aſcēdere. ſed facere malum eſt deſcendere. facere bonū ē aſcēdere. Cuius multiplex eſt rō. Prima qꝛ plures circūſtantie reqrunt ad bonum qʒ ad malum ad qō ſufficit vna

Dominica vndecima poſt pēthe.

ſola. Scđa rō eſt q2 tendim⁹ ad noſtꝝ ꝑncipium qđ eſt nihil. Tertia rō q2 incitans ad malū pñs eſt. ſ3 finis ꝟtutiſ eſt abſens. Nā ſi hō videret finē ꝟtuoſe opatōis nō peccaret. Quarta rō fomes q̄ ad malū mouet ſꝑ intra nos ē. iō malū poſſum⁹ ꝑ nos facere. ſed bonum nō ſine gr̄a adiuuāte Quinta rō eſt. q2 ſicut dr̄ Sap̄. ix. Corp⁹ qđ corrumpit̄ aggrauat aīa3 trahēs ad malum. Scđo bonitas dei relucet ī redemptiōe vbi expſſit ſuā ineffabilē bonitatē ⁊ dilectō3. Aug. Neſciui quomō me deus diliger3 niſi ꝑ me mori eligeret. Apoc. j. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctīs nr̄is in ſanguine ſuo. Hinc Bernard⁹ in ſmōe. Tātā dilectō3 in corpe exhibuit vt duriſſimi cordis ſit q̄ eum toto affectu nō diligat Tertio bonitas dī relucz ī remūeratōe vbi ꝑ modico bono ope mō in charitate facto reddet tale bonū eternalit̄ qđ ocul⁹ nō vidit auris nō audiuit nec ī cor hominis aſcēdit. H̄ eſt qđ dicebat rex glīe chriſt⁹ aplīs ſuis Math. v. Merces vra copioſa eſt in celiſ. Merito ḡ dicebat populus ei. Bñ oīa fec. Q Et q2 de⁹ oīa bñ fecit ⁊ facit. iō in pñti ſmone a ſenſu ꝯtrario notem⁹ regulas q̄b3 itelligere poſſum⁹ quō hō oīa ex ſe male facit. i. nō dignū eterna remuneratiōe quas q̄dē regulas diſtinguere poſſumus triplici reſpectu. ſ.

Primo reſpectu opatiōis itrinſece.
Scđo reſpectu opatiōis extrinſece.
Tertio reſpectu opatiōis aliene.

Primo itaq3 notem⁹ regulā de cognitione malicie ſeu mortalis pctī reſpectu opatōis intrinſece. H̄ eſt quō hō pt̄ ſcire qñ in corde ſine aliq̄ locutōne vel opatiōe ad extra peccauit mortalit̄ vl' venialit̄. Vñ q̄libet intuēdo cor ſuum tripliciter poteſt intelligere ſi peccauit mortaliter vel nō. ſ.

Primo intuēdo cogitationē
Scđo intuēdo delectationē.
Tertio ꝯſiderādo ſuā intentionem

Primo naq3 poteſt quis ſcire ſi peccauit mortaliter ī corde ꝯſiderando ſuā cogitationē. quia cogitatio ſola poteſt eſſe peccatū mortale. Ideo dr̄ Hiere. iiij. Vſq3quo morant̄ in te cogitatōes noxie. Et ſaluator Matth. ix. dicebat phariſeis. Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris. nempe cogitatio ſiue ſit a carne vt luxurie vel gule. ſiue a ſpiritu vt inuidie ſuperbie odij: eſſe ꝓmogenitam diaboli nō dubites. Sapientie. j. Peruerſe cogitationes ſeparant a deo. Pro cuius intelligētia dicit Alexāder d̄ aleſ in .ij. parte ſumme in tractatu de diuiſionib3 peccatoru3 Vtrum cogitatio poſſit eſſe peccatu3 ꝙ cogitatio pctī fit ꝓpter q̄tuor cauſas. Primo fit ſolu3 ad cognoſcendū cum q̄s ſc3 vult p̄dicare vel diſputare de pctō. ⁊ iō oportet ꝙ de ipſo cogitet vt ſciat quid de ipſo debeat dicere. ⁊ talis cogitatio de peccato eſt meritoria ⁊ ſine peccato. Gre. Cogitatio quārūcūq3 immūda ſit mentē non polluit cui ratio non cōſentit. Scđo cogitatio peccati fit ad deteſtādum cōmiſſum ⁊ cauendum futurū. ⁊ iſta etiam eſt meritoria. Iuxta illud Eſa. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos ī amaritudine anime mee. Tertio peccati cogitatio fit ex diaboli tēptatione qñ antiquus hoſtis ꝯtra noſtram voluntatē ingerit abominabiles cogitationes ⁊ blaſphemiaſ. Dicit tamen idem Alex. ꝙ diabolus nō poteſt immittere malas cogitationes in cor. ſed ſolum repſentare. ſicut ſi vnum ſpeculum opponitur alteri ⁊ quando q3 ita fit ꝙ videantur homini ꝙ ſint cogitationes ſue vel aliquis loquatur in eo. cu3 tñ malignū ſpeculum. i. diabolus oppoſitū

alteri ſpeculo .i. aīe. qđ ē in illo videt̄ i alio a q̄ poteſt hō ſe auertere ſic a ſpeculo. Hinc Eſa. lv. Derelinquat impius viam ſuā ⁊ vir iniquus cogitationes ſuas. Quarto cogitatio fit đ peccato ad perpetrandū vel ad delectandū in eo. ⁊ tunc ſi peccatū cogitatū eſt mortale etiā cogitatio eſt mortalis. ſi veniale pctm̄ etiā cogitatio venialis. Et iſta eſt origo ⁊ ianua omniū malorū operꝫ. qꝛ nūq̄ȝ fit pctm̄ niſi p̄us fuerit cogitatū. Ideo die ac nocte hoī ſaluando circa cor ſuū eſt inuigilandū ⁊ pugnandū. quia ſi cogitatiōes vincere pōt oīa pctā vincet. Un̄ Prouer. iiij. Omi cuſtodia ſerua cor tuuȝ. qm̄ ex ipo vita pcedit. Et Hierony. ad euſtochiū inquit. Quia impoſſibile eſt i ſenſu hominis nō irruere morū ⁊ medullarum calorē. ille laudatur. ille p̄dicat̄ beat⁹ qui ſtatim vt cepit cogitare interficit cogitatus ⁊ allidit ad petrā. petra autē erat xp̄s. Hec ille. Et vt recitat beat⁹ Aug. de ꝯflictu vitiorꝫ ⁊ virtutū. Ueniūt pctā in cogitationem diuerſis agminib⁹. Cogitat nāqꝫ elatus Quis es tu vt tibi peiorib⁹ obtēperes deteriorib⁹ famulatū exhibeas. te magis q̄ȝ illos decuerat imperare. qui tibi nō poſſūt ingenio vel induſtria coequari. obtēpera igit̄ ſolius dei imperio ⁊ nō ſit tibi cura de aliquo. Odiū cogitare facit. Abſit vt illū ames quē in oībus ꝯtrariū habes. qui tibi derogat. qui tibi inſultat. qui te ꝯuitijs exaſperat. qui tibi peccata tua improperat. qui te dictis ⁊ opibus atqꝫ honoribus ſemꝑ p̄uenire feſtinat ⁊c. Si em̄ ipe tibi nō inuideret neq̄q̄ȝ ſe tibi ita p̄ferret. Ira facit cogitare q̄ erga te agūtur equanimiter ferri nō poſſūt. imo hec patienter tolerare pctm̄ eſt. qꝛ et ſi nō eis cū magna exaſperatiōe reſiſtit̄ ꝯtra te deinceps ſine mēſura cumulātur. Proteruia fac̄ cogitare. nūqd ſtultis. nunqd inſenſatis ac brutis aīalibus leuia verba ⁊ nō magis aſpera vt tales decet dum delinquūt obijciēda ſunt. Accidia facit cogitare. ſi lectōi cōtinuato ſtudio ſemꝑ inſiſtis oculorꝫ caliginē incurris. ſi indeſinēter lachrymas fundis ipos etiaȝ oculos amittis. ſi protelatis vigilijs pſalmorꝫ cenſum pſoluis inſaniā capitis acquiris ſi quotidiano labore te ꝯficis ad op⁹ ſpiritale quōdo conſurges. Auaricia facit cogitare. valde ſine culpa es qꝛ q̄dam habenda cōcupiſcis. qꝛ nō multiplicare appetis ſed egere ptimeſcis. Et ſi ea que poſſides egentib⁹ tribuis vnđ ſubiectos abſqꝫ penuria nutris. Gula facit cogitare. ad eſū dn̄s oīa mūda creauit ⁊ q̄ ſaturari cibo reſpuit quid aliud q̄ȝ muneri ꝯceſſo contradicit. Inepta leticia fac̄ cogitare vt q̄d ani leticiā abſcōdis. egredere in publicū. letus dic aliq̄d foris vn̄ vel tu vl' pximi rideāt. Fac eos letos tua leticia. O quāta diſcretiōe ē ponderāda cogitatio ſaluandorꝫ. o q̄nta picula ex peruerſa cogitatōe pullulāt. Un̄ Grego. ſup Ezechie. Sic ſepe cogitatiōi bone cogitatio ſiniſtra adiūgitur vt vir ipe q̄ eaſdē cogitatiōes generat anim⁹ agnoſcat Ber. de ꝯſid. In acq̄ſitōe ſalutis nemo tibi germanior vnico matris tue ꝯ ſalutē ꝓpriā cogites. nihil min⁹ dixi q̄ȝ dixiſſe debuerā q̄cq̄d ſe cogitationi offerat qđ nō quoq̄ mō ad tuā ipi⁹ ſalutē ptineat reſpuēdū ē Sap. j. In cogitatiōib⁹ ipi⁹ erit interrogatio. O igit̄ xp̄iana aīa. O cū angel' deputanda. ſi vis id fieri ad qđ creata es pugꝫ ꝯ malas cogitatōes. vince ſi vis coronari. Hic Iſiđ. i ſolil'. Qn̄ te tāgit cogitatio p̄ua ñ ꝯſentias illi. ſꝫ cū ſtatī appuerit ſcorpio ꝯtere eā. calca ꝑeſ caput. calca p̄ue ſuggeſtiōis initiū. culpā tibi emē

da vbi naſcit. Sic dū infans ē hoſtꝫ ci tius vincit ꝙ cū pulleſcit: ſic facilius ten tatio ſugat in cogitatiōe ꝙ cū creſcit ℞ Secundo deniqꝫ poteſt qs ſcire ſi mortaliter peccauit in corde intuen do ſuam delectationē. Nā ex cogitati one vēit delectatio ⁊ ex delectatōe pec catū. Vñ Iſid. Delectationē parit pra ua cogitatio, delectatio ꝯſenſū. ꝯſēſus operationē, operatio ꝯſuetudinē. ꝯſuetu do neceſſitatē. neceſſitas vo deſpatio nē. ⁊ ſic a pmo ad vltimū cogitatio in ducit deſpationē. Pro cuius intelligen tia qrit vtrū qlibet delectatio in cogi tatōe ſit pctm̄ mortale. Rñdet ſanctus doctor Bonauē. in. ij. di. xxiiij. ar. ij. ꝙ cū delectatio ſuggerit ⁊ pcipit. aut sta tim repellit: aut ſtatim retinet. Si sta tim repellit tūc leue ē pctm̄ vel nullū Si vo retinet hoc fit tripl'r. aut qꝛ pla cet illa delectatio ⁊ opis ꝯſūmatio. ita ꝙ ē volūtas delectandi in cogitatōe. ⁊ etiā in ope ſi facultas adeſſet. ⁊ ſic ſi co gitatio ē de mortali pccō tūc talis de lectatio ē mortalis. ſi de veniali tūc eſt veniale. De hac delectatiōe dicit Greg. Deū apphēdere nō valet q adhuc i de lectatiōe pcti iacet. aut placet delecta tio ſꝫ tñ diſplicet pcti ꝯſūmatio. ⁊ tunc etiā peccat mortaliter ſi ipa cogitatio ſit d mortali. qꝛ ꝯſenſit in delectatiōe pcti mortalis. Quia nemo pt delecta ri in eo qd diſplicet do ſine eius offēſiōe Aut vtrūqꝫ diſplicet. ſ. ipa interior de lectatio ⁊ opis ꝯſūmatio. ⁊ tūc aut ad uertit aut nō aduertit piculū. Si nō aduertit piculū delectatōis nec eā re pellit peccat venialiter. Si aūt aduer tit piculū iminēs nō tñ ſibi placꝫ pec catū nec delectatio; dicunt qdā ꝙ pec cat mortalit. Alij vo ꝙ nō. pmū tñ eſt tutius. Vnde Grego. Mentē neqꝫ ꝙ co gitatio immūda inqnat cū pulſat. ſed cū hāc ſibi p delectatiōē ſubiugat. Idē

Cū culpa aīm tētat neceſſe ē vt breui tatē ſue delectatiōis aſpiciat ne ad et nam morte iniqtas rapiat. O maledi cta pcti delectatio ꝙ breuis eſt. ꝙ vi lis. ꝙ facilis. ꝙ deceptoria. O ꝙ exoſa oipotēti do ppter quā ad imaginē ſuā creatā aīam eternis incēdijs deputat Grego. Momētaneū ē qd delectat. ſꝫ eternū qd cruciat. Vide o hō qd tibi pderit in inferno ſi delectationē totius mundi hic habuiſſes. ℣ Tertio pōt qs ſcire ſi mortalit peccauit ꝯſide rādo in corde ſuā intētionē cū qli. ſ. in tētōe viuit ſi aliq neceſſitate velit mor talit peccare. Ex intētiōe em̄ opus ap probat. Vñ Hiero. ad Pāmachium Quicqd agis p eterna mercede age. ⁊ nihil ſtudeas ppter laudē. nihil ppter hūanā opinionē. nihil ppter famā age re. O ꝙ magna ē ptās intētiōis ꝙ dū ſtat i via grē vel miſericordie. qꝛ ſi vult vnā aīam ſole pcioſiorē pōt ponere in eternū ignē. Si vo vult vnā aīam et no cruciatui deputatā cū auxilio grē pōt ponere in celeſtē gl'iam. Ido dicit Amb. de officijs. Intentio opi tuo no mē imponit. Et Glo. ſup illud Mat. xij. Bonus hō de bono theſauro cordis ſui pfert bona: dicit: ꝙ tantū bonū qſ facit qntū intēdit. ſm ſanctū Tho. p. ij q. xix. ar. viij. h intelligit qntū ad di re putationē q ꝯſiderat intētionē finis. Nā ſi intētio finis ē mala ⁊ volūtas p pter intētionē ē mala. ꝙ qntū intēdis tantū facis. Nā ſm ſanctū Tho. Si ly qntū ē nomē tūc verificat in malis. qꝛ qntū aliqs pctōr vel credit peccare: tantū peccat. nō aūt verificat in bōis. qꝛ ſi aliqs intēderet tepida voluntate multū placere do nec tñ tantū placet. Si aūt ly qntū ē aduerbiū verificat ⁊ i bonis ⁊ in malis. Verūtñ cū dr iſte in tēdit peccare venialiter qn adulterat vel furat. nō tñ venialit peccat ſꝫ mor

taliter. Cui⁹ rō ē. qꝛ ad rōnē pctī mor/talis reqrit̄ ꝙ alteꝝ ſit mortale vel in/tētio vel op⁹. Ad h̄ aūt ꝙ ſit veniale re quirit̄ vtrūqꝫ. ſ. ꝙ taꝫ intētio q̄ꝫ op⁹ ſit veniale. ğ cū qs intēdit mortalit̄ pec/care qcqd facit ſiue bonū ſiue malum mortaliter peccat. Un̄ q̄nto intētio eſt deterior: tāto culpa ē deterior. ꝛ ꝑ cōſe quēs illi debet̄ maior pena. O q̄ꝫ mul ti ſūt decepti ꝛ dānati mala intentiōe q̄ videbant̄ bona. o q̄ꝫ multi viuūt et nūc tali intētiōe vt ꝑꝰs intēdūt pecca re ꝛ poſtea penitere. tandē ſaluari. Et hoꝝ talis eſt intētio ſicut illoꝝ q̄ intē/derēt ſe occidere ꝛ poſtea reſuſcitare et ita ire hieroſolymā. Et iō nll's certior teſtis ē tibi de tua dānatiōe vel ſalute q̄ꝫ tua intētio. Tu me querꝭ di. Sal/uabor ne. ego te deſtino ad tuū cor ꝛ ī terrogo tuā intētionē ſi de pctīs mor/talibꝫ habuiſti verā ꝯtritionē. ꝛ de fu/turo intēdis cū bona ſpe ꝑcauere te a pctīs. ſi hec dicit tibi tua intētio tūc ſal uaberis. qꝛ null⁹ pōt te cogere ad pec/candū ꝓ q̄ dānarerꝭ. Bern. in medita tionibꝫ. Demonū eſt malas ſuggeſti/ones ingerere. noſtrū ē illis nō ꝯſenti re. Nā q̄ties reſiſtim⁹ diabolū ſupera mus. angelos letificam⁹. deū honora mus. Idē. Pctm̄ in foribꝫ ē niſi cuiſpe apias nō ītrabit. appetit⁹ ī cordē ꝑru/rit: ſed ſubter te ē niſi tu ſpōte ceſſerꝭ ni hil nocebit. ğ nō nocet ſenſus ſi nō ſeq̄ tur ꝯſenſus. De nāqꝫ ſūt tres regule intrinſece ꝑ q̄s ītelligere pōt qs ſi pec/cauerit mortaliter vel nō. ſ. ſi cogitati onē pctī nō retinꝫ nec delectat̄ ī eo nec intēdit ꝑficere. Secūdo notem⁹ re/gulas de cognitiōe pctī mortal' reſpe ctu opatōis extrinſece q̄ ſūt tres. ſ.

Prima charitatis ꝯtrariatio.
Secūda ꝑcepti diuini tranſgreſſio.
Tertia ſupioꝝ ꝯtēptio.

T. Prima nāqꝫ regula de cognitiōe pctī mortalis eſt ꝯtrariatio charitatꝭ ꝛ hec regula eſt ſancti Tho. ij. ij. q. lix. ar. iiij. qui dicit. ꝙ pctm̄ mortale illud eſſe dicit̄ qđ ꝓprie de ſe virtuti charita tis opponit̄. Cui⁹ rō eſt. quia ſ̄m oēs theologos nulla virtuoſa opatio ſine charitate ꝓdeſſe pōt ad ſalutēꝫ. Unde Apl's. j. Corꝭ. xiij. Si linguis hoīm lo quar ꝛ angeloꝝ. charitatē aūt non ha beā factus ſuꝫ velut es ſonās aut cym balū tinniēs. Et beat⁹ Aug. Breue ꝑ ceptū tibi ꝑcipit̄. habe charitatē et fac qđ vis. ſiue taceas dilectiōe taceas. ſi/ue clames dilectiōe clames. ſiue emē/des dilectiōe emendes. ſiue pcas dile ctiōe parcas. radix ſit in te dilectōis. ꝛ nō pōt de iſta radice niſi bonuꝫ exire. habere oīa ſacramēta malus eſſe pōt. habere aūt charitatē malus eē nō po/teſt. ꝛ mificors de⁹ petit a nobis cha/ritatē ſue nature bonitate. petit bñfici orū multiplicitate. petit īſuꝑ pene eē/ne terrore d. Aut tu charitatē erga me habebꝭ q̄ ſum tot⁹ bon⁹ tot⁹ ſuauis ꝛc. q̄ tibi tot bñficia cōtuli gtꝭ, aut etnalr pibis. Secūda regula de cognitiōe pctī mortalis reſpectu opatōis extrin ſece eſt diuini ꝑcepti trāſgreſſio. Aug. eīn pctm̄ mortale ꝯ manicheos ſic dif finit. Pctm̄ inq̄t ē dictū vel factuꝫ vel ꝯcupitū ꝯtra legē dei. Uenialia eī pec cata nō infringūt ꝑcepta dī. iō nō ſūt ꝯtra legē dei: ſed ꝑter legē ei⁹. Ad cui⁹ clariorē noticiā ē notandū ꝙ duo erāt ꝑcepta legis naturalis. ſ. facere alteri qđ ſibi vellet fieri Matth. vij. ꝛ nō fa/cere alteri qđ nollet ſibi fieri Tob. iiij. Sꝫ vt dicit Hugo li. de ſacramentis ꝙ q̄ in lege naturali ſub duobꝫ ꝑceptꝭ clauſa fuerāt. poſtea ꝑ legē ſcriptā de/clarata fuerūt. Decē qdē ſunt dei ꝓ/cepta in duabus tabulis tradita. In ꝑma tabula ꝯtinebant̄ tria q̄ ordināt hoīem ad deū. Primū erat. Non ha/

bebis deos alienos coraꝫ me.i.me ſo-lum habebis deũ Secũdũ. Nõ aſſu-mes nomẽ dei tui in vanũ. Tertium. Memẽto vt dieꝫ ſabbati ſanctifices. Septẽ vo alia pcepta que ordinãt ad primũ data ſũt ĩ alia tabula. Quoꝝ pmũ eſt. Honora patrẽ tuũ ꝛ matrẽ tu-aꝫ. Secũdũ. Nõ occides. Tertiũ. Nõ mechaberis. Quartũ. Nõ furtum fa-[illegible]. Quintũ. Nõ dices cõtra primũ falſum teſtimoniũ. Sextũ. Nõ ꝯcupiſces domũ primi tui. nõ ſeruũ. nõ an-cillã. nõ bouẽ nõ aſinũ. neqꝫ oĩa que il-lius ſunt. Septimũ. Nõ deſiderabis vxorẽ primi tui. Quicũqꝫ hec infrĩge-re ſtuduerit ſciat ſe mortalr̃ peccaſſe. qͣ dicit Pſ. Maledicti q̃ declinãt a mãdatis tuis. Tertia regula de cognitiõe pctĩ mortalis reſpectu opatio nis extrinſece ẽ ſupioꝝ ꝯteptio. ſ. tranſ grediẽdo honeſta ꝛ licita mãdata eo-rũ. ſm eĩm ſanc. Bonauẽ. i. ij. di. xl. ar. i j. q. j. tenent xpiani obedire tpalibus ſuis dñis in his q̃ nõ ſunt ꝯtra deũ et eccliam. ꝛ in his que ſm rectã ꝯſuetu-dinẽ rõnabiliter ſunt ſtatuta. ſicut tri buta vectigalia ꝛ ſimilia. Math. xxij. Reddite q̃ ſũt ceſarꝭ ceſari. Et Ro. xiij Omĩs aĩa ptãtibꝫ ſublimioribꝫ ſub dita ſit. Et infra. Reddite debita om nibꝫ cui tributũ tributuꝫ. cui vectigal vectigal. Igit̃ q̃cũqꝫ ꝯtẽnit mãdata ſu perioꝝ tpaliũ mõ pdicto peccat mor-taliter. Et certe multo magꝭ q̃ cõtẽnit pcepta ſuoꝝ platoꝝ ſpũaliũ. iuxta il-lud Ro. xiij. Qui ptãti reſiſtit dei ordi natiõi reſiſtit. Nã ꝛ Scotꝰ dic ſup. iiij di. xv. q nõ adimplens penitentiaꝫ a ſacerdote ſibi iniunctã in ꝯfeſſiõe pec-cat mortalr̃. Et multo magis peccat q̃ pcepta ſancte matris eccl'ie trãſgre-dit̃. iuxta illud Math. xviij. Si eccle ſiã nõ audierit ſit tibi ſicut ethnicus ꝛ publicanꝰ. Q̃s igit̃ illi q̃ legitima cã nõ excuſa nt̃ ꝛ ſoluũt ieiunia ꝛ nõ obſ uant feſta ab eccl'ia inſtituta. ꝛ nõ ꝯfitẽtes ſemel in anno. nec curãtes cenſu ras eccl'iaſticas; puta interdictũ. excõ municationẽ peccãt mortalr̃. O filij adã reuoluite in cordibꝫ ſi aliqñ omi ſiſtis [illegible] a ſacerdote penitentiã. ſi fregiſtis [illegible] ꝛ feſtũ. ꝛ vos ipi di-iudi[illegible] vt nõ iudicemini in tre-mẽ[illegible] de peccatis. Ter-tio ponem[illegible]gulas de cognitiõe pec-cati mortali[illegible] reſpectu opationis alie ne. ꝛ ſũt tres regule. ſ.

Prima dr̃ culpe auxiliatio.
Secũda vo primi ſcãdalizatio.
Tertia negligẽs extirpatio.

Prima nãqꝫ regula de cognitiõe pctĩ mortalis reſpectu opatiõis aliene di-cit̃ culpe auxiliatio. Omĩs eĩm q̃ culpe mortali ꝯſenſũ auxiliũ ꝯſiliũ vł fauo-rẽ ꝯcedit peccat mortalr̃. ſic ruphiania-ni ſeductores vginũ. coadiutores vſu raꝝ. ꝛ falſaꝝ pcurationũ. de qͣbꝫ Apłs Ro. j. Digni ſunt morte nõ ſolũ q̃ faci unt ea ſꝫ etiã q̃ ꝯſentiũt facientibꝫ. Se cũda regula dr̃ primi ſcãdalizatio. li-cet eĩm mortali culpe q̃ſ nõ ꝯſentiat ne qꝫ illa ſibi placeat. tñ ſi ex indiſcreta lo cutiõe vel opatiõe primũ ſcandalizat peccat mortalr̃. ſm illã regulaꝫ. Qui occaſionẽ dat dãni damnũ dediſſe vi det̃. imo aliqñ bonũ opꝰ nõ neceſſari um ad ſalutẽ debet omitti ne primus ſcãdalizet̃. ſicut Apłs dicebat ad Ro. xiiij. Si pter cibũ frater tuꝰ ſcãdaliza tur iã nõ ſꝫ charitatẽ ãbłas noli cibo tuo illũ pdere. p q̃ xps mortuꝰ eſt. Ja talibꝫ dr̃ Math. xviij. Ve illi p quẽꝫ ſcandalũ venit. Tertia qꝫ regula d̃ cognitiõe pctĩ mortał reſpectu opatio nis aliene dr̃ negligẽs extirpatio. Nã q̃ pctõ nõ reſiſtit q̃ntũ põt ꝛ dꝫ peccat mortalr̃. Quia dr̃ di. lxxxiij. c. quid. p-deſt. ꝛ. c. Error cui ñ reſiſtit̃ approbat̃

z veritas cū minime defenſat̄ opp̄mi
tur. O p̄ncipes O magnates neglige
tes q̄ta vitōe digni eritis q̄ tot mala
ſcient̄ p̄mittit veſtris hoīb ꝑpetrare.
tot oppreſſiões. furta. latrocinia. piu/
ria. iniuſticias. calūnias. p q̄ꝝ peccat
eterna morte morieni. Et quis nos li/
beret Jeſus xp̄s filius dei viui q̄ cum
p̄re z sp̄ū ſctō viuit z regnat i ſecula ſe/
culorum Amen.

Dñica duodecima poſt pēthe.

Sermo. xcix.

Magiſter quid

faciendo vitā etnā poſſidebo
At ille dixit. In lege qd ſcptū
eſt. quō legis. Luc. x. z i euāgelio. Ubi
ſaluator ſubtilit̄ fundamētū nr̄e fidei
declarauit. In quo qd ē euāgelio q̄ttu
or inſinuantur. ſ.

Primo apl'oꝝ beatificatio.
Scdō legiſperiti tētatio.
Tertio hoīs lapſi ꝯditio.
Quarto erga eū ſaluatorꝫ ꝯdeſcēſio
Pr̄io dixi q̄ i euāgelio inſinuat̄ apl'o/
rum beatificatio. q̄ cū reuerſi eſſent d
p̄dicatione cū magno gaudio eo q̄ de/
mones exibāt ab hoīb ad eoꝝ p̄ceptū
eos rep̄hendit ſaluator d tali gaudio
z mox ſubdidit dicens. Beati oculi q̄
vident zc̄. Nam ſm Ludolphū: qua/
druplici oculo videt̄ xp̄s. videlicet cor
porali. z iſta viſio non beatificat. quia
iſto oculo viderunt iudei z gētiles. Se
cundo videtur oculo ſpirituali quan
do ex viſione corpali orit̄ in mente ad/
mirabilis viſio qua credit̄ fili⁹ dei. De
iſto dr̄ Job. xx. Quia vidiſti me. ſ. oc'lo
corpis: credidiſti videndo me oculo fi
dei. Et hec viſio beata nō eſt. ſed beati
tudinis mercatio qua meremur bea/
titudinē. Tertio videt̄ ſaluator oculo
intellectuali. qn̄ ex viſione fidei oritur
viſio dulcis intellectualis que eſt que
dam beatitudinis participatio dū vi
det̄ p̄ intellectū z guſtat̄ p̄ affectū. Ps̄.
Uacate z videte qm̄ ſuauis ē domin⁹
Iſto oculo videbāt apl'i xp̄m credētes
veꝝ filiū dei. Et ex h̄ mira ſuauitate
audiebāt z ꝯuerſabant̄ cū eo. Quarto
videt̄ ſaluator oculo beatifico i celeſti
gl'ia. Eſa. lx. Tūc videbis z afflues zc̄.
Scdō inſinuat̄ in euāgelio legiſpe/
riti tētatio q̄ dicebat. Mgr̄ qd faciēdo
zc̄. Ut eni dic̄ Lyra iſte legiſperitus p̄
mo venit ad ihm mala intētōe. ſꝫ ex v
bis xp̄i poſtea fuit cōpunct⁹. iō dixit ei
ſaluator Mar. xij. Nō lōge es a regno
dei. Tertio i euāgelio inſinuat̄ hoīs
lapſi ꝯditio ex p̄abola ſaluatorꝫ. q̄ ſm
quoſdā fuit res geſta. s. Hō q̄dā deſcē
debat zc̄. Iſte hō eſt adā q̄ de hierl'm q̄
viſio pacꝫ interp̄tat̄. z ſignificat p̄adi/
ſum: deſcēdebat i hiericho q̄ luna iter/
p̄tat̄. i. i hūc mutabilē mūdū. q̄ icidit i
latrones. i. i tēptatōes diabolicas. qui
eū deſpoliauerūt veſte inocētie z imor
talitatꝫ. z plagꝫ pctōꝝ ipoſitꝫ i natura
lib ledēdo. abierūt: nō ab inſidijs ceſ/
ſando ſꝫ ſe occultādo: ſemiuiuo relicto
q2 adā viuebat vita nature z mortu⁹
fuerat vita gr̄e. O q̄ꝫ dure ſum⁹ vulne
rati i adā q̄ iā nō affectam⁹ bonū. non
cognoſcim⁹ veꝝ. nec facim⁹ iuſtū: ideo
Quarto i euāgelio inſinuat̄ erga nos
ſaluatorꝫ ꝯdeſcēſio. ꝯtigit vt ſacerdos
z leuita viderūt. i. cognouerūt hūanū
gen⁹ ſic ꝓſtratū. nō tn̄ lex vet⁹ z ꝓpheta
curare potuerūt. ſꝫ ſamaritan⁹. i. xp̄s
dñs q̄ aīas nr̄as cuſtodit venit p̄ bn̄/
dictā icarnatōꝫ. alligauit vulnera hu/
mani generꝫ. infundēs vt dic̄ lyra oleū
miſcōie cū vino iuſticie. z duxit i ſtabu
lū. i. i eccl'iaꝫ vbi ſimplices reficiūt̄. et
alia die. i. p⁹ reſurrectōꝫ ſuā dedit ſtabu
lario. i. cuilibꝫ apl'o duos denarios. i.
itelligētiā no. z ve. te. q2 apuit eis ſenſū
vt itelligerēt ſcripturas, Luce. xxiiij. z

Dominica duodecima poſt pēthe.

cis curā pctō℞ ꝯmēdauit ꝑmittens ꝓ
ſolario vitā eternā. Et ſubdidit dicēs.
Uade ⁊ tu fac ſil'r. q.d. ꝙ ꝓximꝗtas ge
neris nō fac̄ primū ſ; opꝰ miſcōie im-
pēſum. ſic̄ fecit ſaluator quē ꝗrebat le-
giſperitꝰ di. Magiſter qd faciendo ⁊c̄
Uñ ad vitā etnā poſſidēdā neceſſaria
eſt p̄cepti charitat̄ dei ⁊ ꝓximi obſua-
tio. vt ptꝫ ex decurſu euāgelij p̄ſentis.
Que qͥdē gemina caritas nob̄ in decē
p̄cept̄ tradit̄. q̄ ꝓpt̄ geminā charitatē
in duabꝫ lapideis tabul' ꝯtinebāt̄. Jō
de p̄cept̄ dñi p̄ q̄ charitas dei ⁊ ꝓximi
acqͥrit̄ tres notemꝰ articulos. ſ.

Primū de p̄cepto℞ dei ſufficientia
Scōm ð ſingulo℞ intelligētia
Tertiū de ipo℞ excellētia

U Primū nāq; dixi de p̄cept̄ deca-
logi dei notemꝰ p̄cepto℞ dei ſufficiēti-
am. i. q̄t ſunt p̄cepta dei. ⁊ q̄ ſunt ⁊ q̄re
tot ⁊ plura nō ſūt. Ad p̄mū dic̄ Aug. ð
decē cordis ꝙ p̄ceptū nature eſt vnū. ſ.
Quecūq; vult̄ vt faciant vob̄ hoies ⁊
vos eadē facite illis. Et h̄ p̄cepto vni-
co ꝯtinent̄ duo charitat̄ p̄cepta. ſ. dei ⁊
ꝓximi. ⁊ in duobꝫ charitatis p̄cept̄ cō
tinent̄ decē p̄cepta. vt dicit ſaluator in
euāgelio. ⁊ i decē p̄cept̄ ꝯtinet̄ oia p̄ce-
pta moralia. Uñ ſi legē nature debito
mō qͥs obſuet totā legē obſuat. Nā ſi
tu dñs eſſes velis ꝙ ſerui tui fideles
eſſent tibi. Ecce p̄mū p̄ceptū. ſ. nō habe
bis deos alienos. Itē velis ꝙ honora
rent te. ecce ſcōm p̄ceptū. ſ. nō aſſumeſ
nomē dei tui i vanū. Itē vel' ꝙ tibi fui
rent, ecce tertiū p̄ceptū. ſ. ſabbata ſcifi
ces. Silr ſi pr̄ eſſes velis ꝙ filij tui te
honorarēt. Itē velis ꝙ nemo te occide
ret. nemo tibi furtū faceret ⁊c̄. ⁊ qꝛ ꝓpt̄
rōnis obliuionē hāc nature legē ſalua
tor lucidiꝰ declarauit i euāgelio dicēs.
Diliges dñm deū tuū ⁊c̄. ⁊ ꝓximū ſic̄
teipm. in his duobꝫ mādatis vniuer-
ſa lex p̄det ⁊ ꝓphe. ⁊ Joh. xv. Hoc eſt p̄
ceptum meū vt diligat̄ inuicem ſicut
dilexi vos. Ubi Gre. Quid eſt qð dñs
de ſola dilectōe q̄ſi de ſingulari māda
to dicit. Hoc eſt p̄ceptū meū vt diliga
tis inuicē. niſi qꝛ omē mandatū ð ſola
dilectōe eſt. ⁊ omia vnū p̄ceptum ſunt
quia qͨquid p̄cipit̄ in ſola caritate ſo-
lidat̄. Hinc ⁊ btūs Augꝰ ait. Breue p̄
ceptum tibi p̄cipit̄. habe charitatem ⁊
fac qð vis. ſiue taceas dilectōe taceas
ſiue clames dilectōe clames. ſiue emē-
des dilectōe emēdes. ſiue parcas dile-
ctione parcas. radix ſit in te dilectōis.
nō poteſt de iſta radice niſi bonū exire
hr̄e omia ſacramēta ⁊ malꝰ eſſe poteſt
habere aūt charitatē malꝰ eſſe nō pōt.
Ex quibꝫ dat̄ intelligi ꝙ ſine charitate
p̄cepta dei impleri nō pn̄t ⁊ cū carita-
te infringi nō poſſunt. Nā ſi occidas
hoiem cū charitate ⁊ debitis circūſtā-
tijs adhibitis nō peccaſti. Uñ homo
volens occidere hoiem innocentē pec
cat ex ipa volūtate mortalit̄ Abraam
tamē qꝛ habuit charitatē ꝓpꝛium filiū
Iſaac innocentē occidere volens Geñ.
xxij. non peccauit. quia vita noſtra do
mini eſt. ⁊ quādo vult ⁊ quomō vult
et per quē vult repetere poteſt. Simi-
liter filij iſrael qui aſportauerunt ſecū
res egyptiorum non peccauerūt. quia
ex obedientia dñi fecerūt. cuius eſt ter
ra ⁊ plenitudo eius. Dicūt tamē ꝯmu
niter doctores ꝙ etiā deus nō poteſt
diſpenſare in preceptis prime tabule.
ſed in preceptis ſecunde tabule: nō ta
men vt malū inquantū malum fiat.
Nam vt dicit Aſteſanus libro ſcdo. i-
de eſt ꝙ duplex eſt malum. Quoddā
eſt malum in ſe. et hoc nulla circūſtan
tia poteſt fieri bene. vt deū odire. ido
latrare. deū blaſphemare. vel cogno
ſcere non ſuam ex libidine ⁊c̄. et tale
non poteſt deus precipere. ſicut ſuam
bonitatem non poteſt negare. Aliud

malū ē qđ in ſe nō ē malū. qꝛ aliq̄ cir/
cūſtātia pōt fieri bonū. ⁊ tale deꝰ pcipe
pt. imo eo ipo ꝙ pcipit ē bonū. Scđo
q̄rebat q̄ ſūt pcepta dī. Rńdet Aſteſa
nus. li. j. ti. iij. ꝙ iſta ſūt. Primū. Non
habebis deos alienos corā me ⁊ non
facias tibi ſculptile nec oēꝫ ſilitudinē.
Secūdū. Nō aſſumes nomē dī tui in
vanū. Tertiū. Memēto vt diē ſabba
ti ſctifices. Hec tria dicūt ad pmā ta/
bulā ptinere. Primuꝫ pceptū ſcđe ta/
bule. Honora prēꝫ tuū ⁊ matrē tuaꝫ.
Scđm. Nō occides. Tertiū. Nō me/
chaberis. Quartū. Nō furtuꝫ facies.
Quintū. Nō loq̄ris ꝯ primū falſū teſti
moniū. Sextū. Nō ꝯcupiſces domuꝫ
primi tui. nō ſuū. nō ancillā. nō bouē
nō aſinū. nec oīa q̄ illiꝰ ſūt. Septimū.
Nec deſiderabis vxorē eiꝰ. Per hec eī
pcepta decalogi oīa pctā mortalia ex/
pſſe vel iplicite excludunt ⁊ phibētur.

Tertio q̄ꝫ q̄rebat. q̄re tot ⁊ nō plu/
ra ſūt dī pcepta. Rńdet Bonauen. in
iij. di. xxxvij. ꝙ ſicut pcepta hūana or/
dināria bn̄ hoiem ad eū q̄ peſt cōitati
⁊ ad ꝯciues ſuos ſunt ſufficiētia: ſic p/
cepta legis diuie in duab; tabulis da
ta q̄ ſunt decē: ſufficiētia ſunt ad ſalu/
tē. Dicūt em̄ cōmuniꝰ doct. ꝙ in pma
tabula erāt tria pcepta q̄ ordināt ho/
minē ad deū. ⁊ in ſcđa ſeptē q̄ ordināt
hoiem ad primū. qꝛ nullꝰ ſaluabit ni
ſi q̄ bn̄ ⁊ pacifice ſe habuerit ad deū et
ad primū. Cū deo aūt pacificari pt hō
p obſuantiā triū pmoꝝ pceptoꝝ: cū
primo vo p obſuantiā ſeptē ſeqntiū
pceptoꝝ. Ut autē faciliꝰ addiſcere poſ
ſis decē pcepta ſm intentionē Bona/
uen. vbi ſ. ruſticaliter tibi pono tres
q̄ſtiões q̄s ſi ſoluere ſcieris ſcies decēꝫ
pcepta dei.

Prima q̄ſtio qb; teneris dn̄o tuo tpali.
Secūda queſtio quibus teneris primo tuo.
Tertia queſtio quibꝰ mōis poſſis nocere primo tuo.

Prima q̄ſtio dixi ꝙ ē iſta. qb; teneris
dn̄o tuo tpali. Nā ſi iſtā q̄ſtionē defer
res ad aliā ciuitatē ſoluēdā ibi ſi bene
ſcirēt ſoluere dicerēt tibi ꝙ ad tria tene
ris dn̄o tuo tpali. ſ. ad fidelitatē. ad re
uerētiā ⁊ ad ſeruitutē. Ad fidelitatē te/
neris ne alienū p dn̄o habeas. Ad re
uerentiā vt eū ⁊ etiā aliū noīe ſuo ho/
nores. Ad ſuitiuꝫ vt certis tpib; ad h
inſtitutis ei ſuias aut ope aut pecūia
Sic deo oīm dn̄o ad tria teneris q̄ fue
rūt pcepta in pma tabula. Primo ad
fidelitatē. ⁊ h ē qđ dr. Nō habebis de/
os alienos. Secūdo ad reuerentiaꝫ.
iō dr. Nō aſſumes nomē dī tui in va/
nū. Tertio ad ſuitiuꝫ. iō dr. Memē/
to vt diē ſabbati ſctifices. Ecce patꝫ ꝙ
hec tria ordināt ad deuꝫ. Secunda
q̄ſtio ē hec. qbus teneris primo. ⁊ ſi bn̄
ſcirēt ſoluere hāc q̄ſtionē dicerēt ꝙ ſm
legē nature i duob; tenet q̄libꝫ primo
vicꝫ vt ei bn̄faciat. iuxta illud Luc. vj.
put vultis vt faciāt vob hoies ⁊ vos faci
te illꝫ. Et h ē pmuꝫ pceptū ſcđe tabule.
Honora patrē tuū ⁊ matrē tuā. ⁊ in h
includunt oīa opa miſicordie. Scđo
tenet q̄libet primo ne ei noceat. iuxta
illđ ſapiētis Catbonis. Ne feceris alijs
qđ tibi fieri minīe vis. Tertia q̄ſtio
ē hec. qbus mōis poſſis nocere primo
tuo. ⁊ ſi ſcirēt ſoluere hāc q̄ſtioneꝫ dice
rēt ꝙ trib; mōis. ſ. ore ope ⁊ corde. Ope
em̄ in trib; bonis pōt nocere primo.
aut in ppria pſona qđ phibet i ſcđo p/
cepto ſcđe tabule. Nō occides. aut i p/
ſona ſibi ꝯiūcta: vtpote vxore vel filia
qđ excludit ibi. Nō mechaberis. aut ī
reb; tpalib;. qđ excludit ibi. Nō furtū
facies. Scđo pōt q̄s nocere pxio ore.
qđ excludit ibi. Nō loq̄ris ꝯ primū fal/
ſū teſtimoniuꝫ. Tertio pōt q̄s nocere
primo corde. res eiꝰ male ꝯcupiſcēdo

qđ excludit ibi. Nō ɔcupiſces rē pximi tui. Aut ɔcupiſcēdo ei⁹ ɔſortē. qđ excludit ibi. Nec deſiderabis vxorē ei⁹ Ecce patet ꝙ hec decē pcepta ſufficiunt hoi ad ſalutē. X Secūdū articulū notem⁹ de ſingulo pceptoꝝ intelligentia. quō .ſ. intelligi debeāt pcepta dei. Primū enī pceptū ē hō. Nō habeb deos alienos. qđ ponit negatiue Exod. xx. ſꝫ tñ ē affirmatiuū pceptū ꝛ valꝫ tātū. Dñm deū tuū adorabis. qꝛ pcepta negatiua obligāt ſp ꝛ ad ſp. vt illđ. nō occides. ſiue comedas ſiue vigiles ſp tenerꝭ nō occidere iniuſte. Sꝫ pceptuꝫ affirmatiuū obligat ſp ſꝫ nō ad ſp licꝫ teneatꝭ ſp dñm deū tuuꝫ adorare pro loco ꝛ tpe. nō tñ ɔtinue. qꝛ oportet comedere dormire ꝛc. Primū igit preceptuꝫ ptinet ad fidē. qꝛ fides ē fūdamētuꝫ oīs boni. Heb. xi. Sine fide ipoſſibile eſt placere deo. Vñ ſaluator dicit Joh. iij. Qui nō credit iā iudicatus ē. Ex qbus verbis patet ꝙ oēs infideles pagani: iudei: heretici: ſciſmatici ſunt ad eternā morteꝫ iudicati ſi in illa pfidia pmaneāt. qꝛ falſuꝫ habēt p fundamēto. Vñ nō ſolū ipi ſꝫ etiā ex xpianis infringētes hō dei pceptuꝫ multi pibūt Primi ſunt illi q dubitāt ð fide an ſit ſic ſcriptura dicit. ꝛ fides catholica tenet in fidei articulis. ꝛ etiaꝫ illi q negligūt addiſcere articulos fidei cū poſſent ꝛ debeāt ſcire articulos fidei et oꝛōnem dñicā. de ɔſe. di. iiij. c. nos. Siliter violant xpiani hō dei pceptū q augurianꝭ id ē in garritu auiū futura pdicūt. Cōtra qs Leuit. xix. Nō auguriabimini nec obſuetis ſomnia. qñ ei gallina cātat canis pter ɔſuetudineꝫ latrat. coruus ſupra domū ſe locat. ex his firmiter credūt aliqđ futurū. vel q ſomnia obſuant: vtpote dens ei⁹ cadit i ſomnis. ꝛ firmiter credit ꝙ ɔſanguineoꝝ aliqs moriaꝭ. vel cū facit oꝛōnē vt ſibi in ſomnis reueletur. Similiter q obſeruant dies. vulgo habonath. Item qui vadunt ad phitones p furto vel pro alia re vt futura preſciant moꝛtaliter peccant. Similiter qui in puerperio mulierem parituram cingunt cingulo viri vt facilius pariat. Item qui carminant pueros ſ pecora equos ꝛc. ꝛ qui carmināt vulnera ne cruentēt. Item que dāt aliquid turpe viro vt amentꝭ. Silr q maleficia exercēt cū oſſib mortuoꝝ vel bñdicta aq̄ aut ſacramēto eucariſtie. Itē q credūt fore dyanā. Itē qui vtunꝭ herbis. ſꝫ in effodiēdo faciūt aliqđ ſupſtitionis. aut in balneatiōe portāt aquā añ ortū ſolis vel de duob fontib ꝛc. Silr qui adorant ſolē lunā aut calices auꝝ vel argentū qñ ſacerdos eleuat i miſſa corpus xpi. qꝛ in calice ſanguis xpi debet adorari. Oēs tales in fide vacillantes infringūt pceptū hoc. Secūdū pceptuꝫ ē. Nō aſſumes nomē dei tui i vanū Exo. xx. Hic phibetꝭ iuramētuꝫ qđ fit ſine cauſa ꝛ piuriū. qꝛ vterqꝫ ſcꝫ p nihilo iurās ꝛ piurus accipit nomē dei in vanū. qꝛ pm⁹ ſine cauſa nominat ſūmā ꝟitatē. ſcđs ꝟo noiatā ɔtemnit. Vñ trib mōis peccat qs i piurio ſcꝫ vel iurādo ɔ̄ ɔſciam. vel ſciēs falſū qđ iurat. vel iurādo illicituꝫ vt vulnerare hoiem. nō facere bonū. aut p vulnera xpi iurādo vel p inteſtina. qđ ſp eſt pctm̄ moꝛtale. etiam ſi veruꝫ ſit qđ iuratꝭ. vel veniēdo contra iuramentū licitū: vt iurauit famulo tantuꝫ dare ꝛ poſtea nō dat ꝛc. Aſſumitur etiā nomen dei in vanū moraliter intelligendo multipliciter. videlicet corde oꝛe ꝛ opere. Corde nomen dei aſſumūt in vanū mali chriſtiani qui ſacramētuꝫ baptiſmi receperūt ſed nō habēt reꝫ .i. gratiā ſacramēti. Oꝛe recipiūt i vanū mala iuratiōe. verū trāſgreſſiōe. blaſ

ſemationē. mala intētione facta p̄dicatione. orōne ſine deuotōe. dieꝫ vl' pluuiam maledicēdo. Ope recipiūt ī vanū hypocrite ī ſimulatōe, de q̄bꝫ dicit ſaluator. Amē dico vobis receperūt mercedem ſuā. Tertiū p̄ceptū ē. Memento vt diē ſabbati ſanctifices. nō facies omē opꝰ ī eo. In h̄ p̄cepto qddā ē morale vt vacatio q̄ fit ad deū orādo: colendo: meditādo. Quoddā eſt cerimoniale vt aſſignatio diei ſeptime. ⁊ rōnabilr̄. qꝛ iudei p̄ni erāt ad errorē gētiliū idō eis obſeruatio ſabbati p̄cepta fuit q̄ deꝰ a mūdi creatōne ceſſauit vt ſic cogitarēt mūdi creatorē ⁊ deum ex h̄ cognoſcerēt ⁊ timerēt. Iſtud aūt preceptū tripl'r pōt accipi. Primo general'r vt ceſſemꝰ a vicijs. Un̄ Leui. xxiij. dicitur. Omē opꝰ ſuile nō facietꝫ ī eo. Opꝰ aūt ſeruile ē pctm̄ q̄ qs fuit viliſſimo dn̄o .i. diabolo. Sꝫ ⁊ ad h̄ quilibet teneť nō ſolū feſtiuis diebꝫ ſꝫ omībꝫ diebus vite ſue. Scdō mō accipiť ſpecialiter vt ceſſemus ab opibꝫ corpalibꝫ que impediūt orationē ad deū. Unde Exod. xxviij. Sex diebꝰ opaberis: ſeptimo aūt die ſabbatū dn̄i dei tui ē. Non facies omē opus tu ⁊ filiꝰ ⁊ filia ſeruꝰ ⁊ ancilla. iumentū tuū. Et ad h̄ teneňť omēs. qꝛ extra de ferijs. c. j. ſic habetur Omēs dies dn̄icos a veſpera ī veſperam cū omī veneratōe decernimꝰ obſeruari ⁊ ab omī illicito ope abſtinere vt mercatū in eis nō fiat nec placitū .i. iudiciū. neqꝫ aliquis ad mortē dāneť vel ad penā iudiceť. nec ſacramenta .i. iuramenta niſi ꝓ pace vel alia neceſſitate p̄ſtenť. Unde eſt ſciendū ꝙ quattuor caſibꝰ poteſt quis operari die feſto. Primus eſt vera neceſſitas. ij. q. c. Remiſſionem. dr. Neceſſitas legē non habet. ſed ipſa ſibi legem facit. Et extra de regulis iuris. Quod non ē licitum in lege neceſſitas facit licitū. ſicut pugnare ↄtra inimicos. foſſas facere. vel tempe meſſis vl' vindemie cōgregare victualia quādo p̄uenire vel differre nō poteſt. Secūdus caſus in quo opari licet die feſto ē xp̄i pietas vt fruges pauperū auditis p̄us diuinis deportare. ligna portare. ſed caueatur ne fiat ꝓ aliqua ſpe temporali.

Tertius caſus eſt eccleſie vtilitas. vt ſi eccleſia eſt pauper ⁊ indiget reparatione licet arenam vel lapides vel ligna portare dūmodo diuina non relinquātur. ⁊ ne fiat vſqꝫ ad vltimā fatigationem. Quartus caſus eſt operis paruitas ſicut ſcopare domum ⁊c̄. O deus eterne q̄m multi violāt hoc p̄ceptum per ebrietatē: gulam: irā ⁊c̄. Et tales duo peccata cōmittunt. quia feſtum nō ſanctificant. inſuper peccant. vt dicit Scotus. Item q̄dam diebus feſtiuis vadunt cū curru ad tria miliaria. alij ad molendinū. alij tunc iudicant cauſam. alij neqꝫ miſſam audiūt integram: ad quā ſub pena mortalis peccati teneňť. Alij non faciunt orōes ad quas teneňť feſtiuis diebus. Iuxta illud Luce. xviij. Oportet ſemꝑ orare ⁊ non deficere. quod impletur tunc.

Tertio modo hoc p̄ceptum poteſt accipi ſpecialiſſime. vt ē ceſſatio a mūdanis etiam licitis. vt viris ꝑfectis qui totaliter deo vacant. Unde ſabbatū inquantū eſt requies ſiue vacatio ad deum. ſic dies dominica et omnes feſtiuitates quia ſunt inſtituti ad diuinam veneratōem poſſunt dici ſabbatum. Sabbatū enī tropologice figurabat ceſſatiōem a peccato. Allegorice quietē corꝑis xp̄i in ſepulcro. Anagogice requiē eternā in celo. Et qꝛ iam xp̄s ſurrexit d ſepulcro. ideo ceſſare debuit ſabbatum ſicut vmbra veritati ⁊c̄.

Quartū p̄ceptū eſt. Honora prēꝫ ⁊ mrēꝫ. Huic p̄cepto addiť ꝑmiſſio. vt

ſis lõgeuꝰ ſup terrã. qꝛ ꝯgruũ eſt vt cõ
ſeruatio vite aliene mercat ꝯſeruatõꝫ
vite ꝓprie. Ubi ſciendũ ꝙ pr̃ capit tri/
pliciter. Uno mõ ꝓ illo q̃ eſt ꝑncipiuꝫ
ꝑ generatõeꝫ ad eſſe nature. ꝛ huic de/
bemus obedire ĩ cura rei familiarꝭ. et
ſic duplici honore debemꝰ cũ honora/
re. ſ. corꝑalit ſuſtẽtando ꝛ ſpũaliter re/
uerendo nõ exaſperãdo. aut coꝝ teſta
mẽta rõnabilit facta reuocãdo. qn po/
tius ſi mortui ſũt ꝑ eis orãdo. elemo/
ſynã faciẽdo. O ſi videres genitricẽ tu/
am in tãtis tormẽtis certe credo ꝙ po
tius dares ꝑ redẽptiõe eiꝰ q̃ꝫ tu come/
deres. Scdo mõ pater accipit ꝑ illo q̃
eſt ꝑncipiũ ꝑ miſteriũ regeneratõis q̃
ad eſſe grẽ. ſic pr̃ baptizãs vel in cõfir/
matione tenẽs. Nã ille pſbyter q̃ bapti
zat magꝭ pr̃ eſt ſpũal q̃ꝫ q̃ tenet puerũ
qꝛ ſi etiã nullꝰ aliꝰ teneret ſufficerꝫ ba
ptiſmꝰ ſoliꝰ ſacerdotꝭ. ꝛ etiã ꝯfeſſor qui
abſoluit de pctõ mortali in ꝯfeſſione.
qꝛ de morte culpe eſt ꝑncipiũ ꝑ miſte/
rium ad regeneratõꝫ grẽ. ꝛ his dẽmuſ
obedire in ſpũalibꝫ. O xp̃e deꝰ ecce ni/
hil curãt nũc xp̃iani de ſacerdote q̃ ba
ptiſat pueꝝ vel abſoluit reuꝫ. Tertio
mõ capit pater ꝑ illo q̃ eſt ꝑmus in re
gimine vl etate. vt rex vel ſenex. et regi
debemꝰ obedire in tꝑalibꝫ. iuxta illud
j. Pe. ij. Deũ timete. regem honorifica
te. Quintũ ꝑceptũ. Nõ occides. Hic
expſſe ꝓhibet homicidiũ: ſꝫ iplicite oẽs
motꝰ ire ꝯ ꝓximũ ſiue ira cordis tm̃ vt
rãcor. ſiue ira oris vt ꝯtumelia. ſiue ira
opis. vt ꝑcuſſio. depilatio. vulneratio
ꝛc̃. Un̄ ſciendũ ꝙ duplex ẽ homicidiũ
ſcꝫ corꝑale ꝛ ſpũale. Corꝑale fit qñ q̃s
corꝑaliter occidit vl occidere intendit
ſicut latro vel iudex q̃ iniuſte occidit
aliquẽ aut q̃ iubet occidere ſic pilatuſ.
aut q̃ ꝯſilium dat vel petit vt occidat.
ſicut iudei xp̃m. vel mulier que abor/
ſum ꝓcurat vel ſterilitatem. aut qui ſe
ipſum occidit. aut ignorãter dat medi
cinas vñ infirmi moriunt. vl dũ ago
nizat infirmus ꝛ dicit. reuoluamꝰ euꝫ
vt citius moriat. hec eſt miſericordia
lupina. q̃ videns ſuellas porci clamã
tes poſt mr̃em miſicordia motꝰ come
dit illas ne ſine mr̃e de cetero affligan
tur. Spũale vo homicidiũ fit duobꝫ
modis. Uno mõ omittẽdo. vt cuꝫ q̃s
aliũ in extrema neceſſitate videt ꝛ nõ
ſubuenit dr̃ occidiſſe Un̄ Amb. ꝛ hr̃ di
ſtin. lxxxvj. c. Paſce fame morientes ſi
nõ paviſti occidiſti. Siĺr ẽ intelligẽdũ
de nudo infirmo ꝛ q̃ iniuſte occidit et
nõ defendit dũ fieri põt. O q̃ꝫ mlti ſũt
tales homicide nũc. Alio mõ homici/
dium ſpũale fit ꝯmittẽdo. ꝛ h̃ qñqꝫ cor
de. ſ. ꝓximũ odiẽdo. j. Joh. iij. Qui odit
frẽm ſuũ homicida ẽ. Qñqꝫ fit ore. ſ. de
trahẽdo. qꝛ iſte cui detrahit occidit in
ꝯſcia illiꝰ q̃ audit detractõꝫ in q̃ viue/
bat pus ꝑ bonã famã. Qñ detrahunt
detractores q̃ſi dicũt audiẽti. Teneas
hũc in manibꝫ ecce occidã eũ. Qñqꝫ h̃
homicidiuꝫ fit ope. ſ. malo exẽplo. ali/
cui occaſionẽ ruine ꝑbẽdo. Un̄ Greg.
Tot mortibꝫ dignꝰ eſt q̃s q̃t prauitatꝭ
exempla ĩ poſteros relinqt. ꝛ Augꝰ. li. d̃
paſtor. Qui in ꝯſpectu populi male vi
uit quantũ in eo eſt eum a quo attẽdi
tur occidit. O plati eccĺie. O parentes
filiorum videte videte quõ doceatꝭ fili
os. Sextum ꝑceptũ eſt. Nõ mecha
beris. Hic ſm̃ Augu. ꝓhibet oĩs illi/
citus ꝯcubitꝰ ꝛ illoꝝ mẽbroꝝ oĩs ille/
gitimus vſus. Un̄ h̃ ꝑceptũ mĺtiplici
ter violat. tñ nos aſſignemꝰ ſeptẽ mo
dos ſeſe excedẽtes. Primi ſunt fornica
rij ſicut ſoluti cũ ſoluta. i. q̃ nõ eſt ꝓ go
ꝛc̃. ꝛ tales q̃ciẽs totiẽs mortalit peccãt
Un̄ apl's Ephe. v. Hoc aũt ſcitote qm̃
omnis fornicator aut immundus nõ
habet partẽ in regno chriſti. Secundi
ſunt adulteri qui grauius peccant. qꝛ

violāt thoꝝ matrimonij alteri⁹. Uñ
apl̄us. Adulteri regnū dei nō poſſide
būt. Tertij ſunt q̄ cōmittūt ſtuprū qđ
eſt grauiſſimū pctm̄. q₂ h̄ pctm̄ aufert
ꝟginitatē q̄ eſt theſaur⁹ incōparabilis
Uñ Eccl. vj. Nō eſt digna ponderatio
ꝯtinētis aie. O q̄ʒ multa mala oriunt
ex tali pctō q₂ forte talis nūq̄ʒ viꝝ legi
timū habebit. ꝛ quotiēs peccat toties
illi imputat q̄ eā violauit. Uñ in foro
pnie iniungendū eſt ei vt puelle ſatiſ-
faciat ꝛ cū ea cōponat. Quarti ſunt q̄
ſacrilegiū cōmittūt ꝛ ſunt illi q̄ votuʒ
ꝯtinētie violāt. ꝛ iſti peccāt ꝯtra fidem
deo datā. vt ſunt religioſi. ſacerdotes.
ſanctimoniales ꝛc. Et h̄ pctm̄ grauius ē
p̄dictis q₂ i eo maior fit iniuria deo ipi
Quinti ſunt q̄ inceſtū ꝯmittūt. et ſunt
illi q̄ cū ꝯſanguineis peccāt. ꝛ h̄ eſt gra
uius. Sexti ſunt q̄ in indicibili crimie
peccāt ꝯ naturā. ꝛ h̄ eſt grauius ſm Au-
gu. q̄ʒ ſi cū mr̄e peccaret q̄s. Septimi
ſunt q̄ exercēt libidinoſum actū matri
monij. eſtimāt miſeri ꝙ in mr̄imonio
nō pōt eſſe pctm̄. Certe ſi in ſacerdotio
pctm̄ eſſe pōt. mlt̄o magis i mr̄imonio
Uñ Hiero. ꝛ hr̄. xxxij. q. iiij. ca. Origo.
Adulter eſt in ſuā vxorē amator ardē-
tior. vbi glo. dic̄. Uehemens amator
dr̄ cū tantū vxorē diligit vt apud ſe di
ſponat vt ſi ipa eſſet vxor alterius nō
min⁹ carnalit̄ cū ea miſceret. Septi
mū p̄ceptū Nō furtū facies. vbi ꝓhibe
tur offenſa in reb᷒. Uñ ſm Tho. ij. ij.
q. lxvj. Si q̄s res minimas furtiue acci
pit q̄s p̄ſumit nō eſſe ꝯ voluntatē dñi
excuſat. al's furtū eſt mortale peccatuʒ
etiā in ꝑuis reb᷒. q₂ eſt ꝯtra dilectōem
ꝓximi cui nocumētū infert. Nā ſi decē
vnam aucā furatā cōmederēt: q̄libet
tenet ꝓ tē ſuā reſtituere ſi vult remiſſi-
onem pctōꝝ ꝯſeq. Silr̄ intelligēdum
eſt de fructib᷒ rapis: caulib᷒: vineis: ſe
getib᷒. q₂ dr̄. xiiij. q. vj. c. vlt̄. ꝛ de pe. di.
j. §. vulgaris. Q₂ quātūcūq₃ paruum
q̄s abſtulerit furti nomē incurrit. xiij.
q. iiij. c. vlt̄. Furtuʒ eſt iniuſta ablatio
rei quātūcūq₃ ꝑue. Itē h̄ p̄ceptum vio
lant q̄ rem inuentā nō reſtituūt. Aug.
Quicqđ īueniſti ꝛ nō reddidiſti rapui
ſti. Silr̄ ſerui ꝛ ancille q̄ ſubtrahūt a
dñis ſuis vinū. oua. carnes. panes. lar
dū. ꝛ dant alijs. Itē mercatores q̄ cū
mendacijs vendūt. Itē vſurarij: luſo-
res. Et quia dicit Aug⁹. Pctm̄ nō di-
mittit niſi ablatū reſtituat. Octauū
p̄ceptū. Nō loqueris ꝯtra ꝓximū tuū
falſum teſtimoniū. Hic ſm Aug. ꝓhi
betur oē mendaciū qđ eſt triplex. ſcʒ
ꝑnicioſum qđ nocet alicui. iocoſuʒ qđ
delectat. officioſum qđ ꝓdeſt. Uñ fal-
ſus teſtis tripl'r pōt peccare. Primo
dicēdo falſitatē ſciēter. Scđo cū id qđ
ſibi eſt dubiū aſſerit eſſe bonū vel cer-
tum. Tertio cū pecunia accipit ꝓ teſti
monio. etiā ꝓ teſtimonio veritatis. xiij.
q. vij. Nō ſanc. dic̄ Aug. Non licʒ teſti
vendere veꝝ teſtimoniū. Falſus eñ te
ſtis nocet ꝓximo ꝛ ſibi. Uñ dr̄ Sap.
j. Os qđ mētit occidit aīam. Et q̄libet
damnificatus pōt dicere illud pš. In
ſurrexerūt in me teſtes iniqui ꝛ menti
ta eſt iniq̄tas ſibi ꝛc. Nonū p̄ceptuʒ
Nō ꝯcupiſces domū ꝓximi tui nō ſer
uum nō ancillā ꝛc. Hoc eñ p̄ceptum
violāt tria genera hoīm. Primi ſunt
qui rem ꝓximi ꝯcupiſcūt ꝛ ꝯtra iuſtici
am auferrent ſi poſſent ꝛ legis puniti
onem aut infamiā nō timerēt. Secū-
di ſunt q̄ res iuſtas ꝯcupiſcunt ſed ad
malū vſum. i. ad peccandū. luxurian-
dum. vane gloriandū. Tertij ſunt qui
nimio affectu occupāt ſe cū tempalib᷒
ita ꝙ obliuiſcunt de his que ſunt dei
ꝛ ꝓprie ſalutis. Decimū p̄ceptuʒ. Nec
deſiderabis vxorē eius. ꝛ hoc p̄ceptuʒ
vbi ꝓhibet anim⁹ tria genera hoīm in
fringūt. Primi q̄ ſe lauāt vel induūt

vt ꝯcupiſcant. Un̄ Ber. Cõcupiſcere ꝛ
ꝯcupiſci velle q̄d intereſt nõ facile dixe
rim. Sc̄di q̄ ꝯcupiſcũt ꝛ libent̄ actum
ope ꝑpetrarẽt ſi poſſent vel infamiam
nõ timerẽt. Tertij ſunt q̄ nõ ꝯcupiſcũt
nec volũt ꝯcupiſci. nec actũ facere ꝓpo-
nũt. ſ3 tñ delectant̄ in moroſa delectati
one cũ pleno ꝯſenſu in delectationem
Un̄ dic̄ ſctũs Bonauē. in. ij. diſt. xxiiij.
ꝙ tripl'r põt q̄s h̄re talē cõcupiſcētiam
Primo ex naturali corruptiõe ſine cõ
ſenſu in delectatõem ꝛ in actũ. ꝛ h̄ nul
lum eſt pctm̄. q2 dic̄ Greg. Cogitatio
q̄tũcũq3 turpis mentē nõ polluit ſi rõ
nõ ꝯſentit. Sc̄do cũ talis delectatio n̄
ſtatim repellit̄ nec ꝯſentit̄ in delectati-
onem vel in actũ. ꝛ h̄ eſt veniale: quia
rõ nõ ꝑcipit nocumentũ cogitationis
Tertio cu3 placet delectatio ſine actu
vel cũ actu. ꝛ tũc eſt mortale. Dicit eñ
Bonauē. ꝙ etiã in alijs pctis mortali
bus cogitatio cũ ꝯſenſu ē mortale. O
de⁹ magne q̄3 multi ſũt q̄ cogitãt de ſu-
perbia ꝛ libent̄ facerēt ſi poſſent. d̄ vin
dicta ꝛ ebrietate. de luxuria. de furto. ꝛ
q̄d peius ē nec de illis ꝯterũt̄ nec ꝯfitent̄
℣ Terti⁹ articul⁹ ſmonis ē de ipoꝝ
excellētia ſeu vtilitate p̄ceptoꝝ que po
teſt eſſe triplex. ſ.

Prima maledictionũ euitatio.
Sc̄da b̄ndictionũ obtētio
Tertia eterne vite mercatio

Primã valentiã p̄ceptoꝝ dei dixi ꝙ ē
maledictionũ euitatõ. q2 q̄ nõ obſuãt
dei p̄cepta peccãt ꝛ maledicti erunt te-
ſte pſ. Maledicti q̄ declinãt a mãda-
tis tuis. Nã tales ois ſacerdos ſaltē ſe
mel i die maledicit i diuio officio. ꝛ Le
uit. xxvj. multe ſunt coꝝ maledictões
Ubi ſic d̄r. Si ſpreuerit3 leges meas:
ego q̄3 h̄ faciã vob. Uiſitabo vos velo
citer egeſtate ꝛ ardore q̄ ꝯficiat oculos
veſtros ꝛ cõſumat aĩas veſtras. ponã
faciē meã ꝯtra vos ꝛ corruetiſ corã ho-
ſtib3 veſtri3 ꝛ fugietis nemĩe ꝑſequente
Sin aũt nec ſic obedierit3 addã ad cor
reptiões vr̃as ſeptuplũ ꝛ ꝯterã ſupbi-
am duriciē vr̃e: daboq3 vob celũ deſup
q̄ſi ferrũ ꝛ terrã3 eneã. Sin aũt nec ſic
volueriti3 recipe diſciplinã ſ3 ambula-
uerit3 ex aduerſo ꝯ me. Ego q̄3 ꝯ vos
incedã ꝛ ꝑcutiã vos ſepties ꝓpter pctã
vr̃a: induçãq3 ſup vos gladiũ vltorē3. ꝛ
Deut. xxviij. Maledict⁹ eris egrediēs
ꝛ ingrediēs. maledict⁹ i ciuitate. male
dictũ horreum tuũ. maled. eca cellaria
tua ꝛc. ſi nõ audieris vocē dñi dei tui.

Sc̄da valētia p̄ceptoꝝ ē b̄ndictõnũ
obtētio. nã multe b̄ndictiões ponũtur.
Deut. xxviij. ꝛ Leui. xxvj. vbi d̄r. B̄ndi
ctus eris i ciuitate ſi p̄cepta mea obſer
uaueris. b̄ndict⁹ egrediēs ꝛ igrediens
b̄ndict⁹ i agro ꝛc. Dabo vob pluuias
tpib3 ſuis. ꝛ tra germinet germē ſuũ. ꝛ po
mis arborē replebũt̄. Et infra. Abſq3
pauore habitabit3 i terra vr̃a dormie-
tis ꝛ nõ erit q̄ exterreat. auferã malas
beſtias ꝛ gladi⁹ n̄ ptrãſibit termios ve
ſtros. ꝑſeqmi inimicos vr̃os ꝛ corruēt
corã vob. ꝑſeqn̄t̄ q̄nq3 d̄ vr̃is centũ ali
enos. ꝛ centũ ex vob decē milia ꝛ eriti ſ
ppl's. O filij adã euigilate ad dei p̄ce-
pta obſeruãda ꝛ videte q̄re inimici do
minãt̄ nob. q2 p̄cepta dei n̄ obſuam⁹
q̄re peſtilētia. q̄re ſterilitas terre. q̄re tē
peſtas. q̄re furioſi lupi. nõne q2 p̄cepta
nõ ſuam⁹ Tertia p̄ceptoꝝ dei valē
tia ē eterne vite mercatio. Nã ꝓmiſſa
lic3 ſint bona tñ ſ3 terrena. Sz ꝑfecto
maximũ bonũ ē q̄ emit̄ regnũ etnum
angeloꝝ ꝯſortiũ: vita ꝑhēnis ꝛ ois bo
ni cõplemētũ Mat. xix. Si vis ad vi-
tã ingredi ſua mandata. Ad quã nos
ꝑducat xp̄s fili⁹ dei viui q̄ cũ eodē deo
pr̃e ꝛ ſpũ ſctõ viuit ꝛ regnat i ſecula ſe-
culoꝝ Amen.

De eadē dñica. xij. poſt penthe.
Sermo. c.

Sermo C

Samaritanus

ſ aũt q̃dã iter faciẽs venit ſecus eũ ⁊ videns eũ miſericordia motus ẽ ⁊ appropinq̃ns alligauit vulnera eius Lu.x. ⁊ in euãgelio, Uerba ſunt xp̄i filij di viui pabolice loq̄nt̃ ⁊ dicentis. Hõ q̃dã deſcẽdebat ab hierl'em in hiericho ⁊ incidit ĩ latrones q̃ etiã ſpoliauerũt eũ ⁊ plag̃ ĩpoſitis abierũt ſemiuiuo relicto. Accidit ãt vt ſacerdos q̃dã deſcẽderet eadẽ via ⁊ viſo illo p̄teriuit. Sil'r ⁊ leuita cũ eſſet ſecus locũ ⁊ videret eũ ptrãſiuit. Samaritanus ãt ⁊c̃. In qua quidẽ pabola ſaluator declarat d̃ hũano genere q̃ttuor. ſ.

Primo ei⁹ deuiatiõnẽ.
Secũdo ipi⁹ reuocatiõnẽ.
Tertio ei⁹ recõciliatiõnẽ.
Quarto ipi⁹ pegrinatiõnẽ.

Z Primo dixi q̄ ſaluator in ꝓpoſita pabola declarat hũani generis deuiatiõnẽ q̃ fuit p̄ ade tranſgreſſionẽ vſq̧ ad moyſen. iuxta illud Ro.v. Regnauit mors ab adã vſq̧ ad moyſen. Et h̄ ẽ qđ dr̃ in pabola. Hõ q̃dã. i. adã deſcẽdebat p̄ peccati ꝯſenſũ. ab hieruſalẽ qđ interp̄tat̃ viſio pac̃. i. a trãquillitate ꝯſcie. in hiericho. i. in hanc miſeriã. ⁊ incidit in latrones. i. in tẽtatiões demonũ. q̃ ſpoliauerũt eũ donis gratuitis. vulnerauerũt in bõis naturalib⁹. ⁊ abierũt ſemiuiuo relicto. quia viuebat corpaliter. mortu⁹ vo fuerat ĩ aĩa

Primo ſpes adiuuat ad bn̄ operādū rōne eiꝰ qđ aſpicit. Reſpicit em̄ ſpes ad futurā btitudinē q cū ſit difficilis ad habēdū magnū conatū apponit ad obtinēdū vt ieiunat: vigilat: elemoſynā donat: aduerſa tolerat. Unđ Hiero. Oē opꝰ leue fieri ſolet cū p̄miū eiꝰ cogitaẜ ꝛ ſpes p̄mij ſolaciū fit laboris. Aīa em̄ vidēs ꝑ ſpeꝫ btitudinē taꝫ magnā ꝙ oculꝰ nō vidit: auris nō audiuit: nec in coꝛ hoīs aſcēdit. ꝛ nullis mōis volēs illa btitudine carere cōfugit feruenter ꝛ deuote ad ſctōꝝ ſuffragia ꝛ eos icipit diligere. qbꝰ mediātibꝰ tale bonū ſperat obtinere. iuxta illud Col. j. Dilectōꝫ quā habetꝭ in ſctōs ꝓpter ſpem q repoſita ē vob in cel. Nā vt dicit glo. ſup illud Mat. j. Abraaꝫ genuit iſaac. fides genuit ſpem. ſpes ṽo dilectionē. Secūdo ſpes adiuuat ad bn̄ opandū rōne eiꝰ qđ efficit i aīa hoīs. Nā ſpes cauſat in aīa đlecta

tionē. delectatio aūt ſm pħm ꝑficit op⁹ Nā ſic q̄ tpalit ſperat ſe adeptuꝝ magnā dignitatē ſeu vtilitatē ide delectatur valde. ſic q̄ ſperat etnā btitudinē inde hꝫ cām delectatōis ꝛ gaudij. Juxta illō Ro. xij. Spe gaudētes. vbi gloſa Amb. dic. Nō niſi etna ſperet ꝛ ide gaudebit. gaudiū ꝛ delectatō creature rōnal' eſt. Vñ dr Ro. xv. Deus autē ſpei repleat vos oī gaudio. ꝛ pſ. Ego aūt in dño ſpaui exultabo ꝛ letabor in miſcdia tua. Hinc ē ꝙ demōes ꝛ damnati nūq̄ ſpem verā pñt hr̄e. q2 nūq̄ pñt bñ gaudere nec etiā angl'i boni neq̄ aīe btē habebūt ſpem. q2 ſpes eſt de nō viſis. qd̄ eni videt qs nō ſperat. vt dic apl's Ro. viij. Sꝫ angeli ꝛ bti ſemper vidēt faciē pr̄is Mat. xviij. Jō dic apl's. Siue fides ſiue ſpes euacuabit ſcꝫ i patria. Vñ nec xp̄s habuit ſpē exiſtens in terra. q2 ſil' fuit cōphēſor ꝛ viator. tñ aīe i purgatorio exñtes habēt ſpem ſꝫ cū maiori certitudīe q̄ h̄ nos.

Tertio ſpes adiuuat ad bñ operandū rōne ei⁹ qd̄ ꝑficit. Nā ſpes volūtatē inq̄tū facit diligere ꝑficit ꝛ oīs diligēs ꝑfecti⁹ opat. Jō dic Aug. li. i. ꝯfeſ. Qui amat non laborat: oīs labor amātibꝫ nō ē grauis. ſolū amor eſt qd̄ nomē difficultat erubeſcit. Hinc igit ſaluator hortat ad habēdū ſpem vt meli⁹ operemur di. Cōfide fili remittūtur tibi pctā tua. Vñ in pñti ſmone d̄ ſctiſſima ſpe tria ꝯtractem⁹ myſteria. ſ.

Primo de ſpei q̄dditate.
Secūdo de ſpei actualitate
Tertio de ipſius vtilitate

U

Primū dixi myſteriū qd̄ erit tractandū de ſpei q̄dditate q̄d ſit ſpes vt q̄libꝫ ſciat ſi habeat bonā ſpem ꝑ quā ſaluare poſſꝫ aīaꝫ ſuā. ꝛ ſi i ſe īuenerit talem ſpem ꝑ bona opa ꝯſuet ꝛ augmentet. Si vo bonā ſpem ꝛ ſalutiferā i ſe hr̄e nō ꝯſpexerit tūc humiliter requirat et firmit retieat. Jgit ad ꝯſcrutādūꝫ ſpei q̄dditatē triplicit poſſum⁹ deuenire. ſ.

Primo diffinitione
Scdo diuiſione
Tertio ſimilitudine.

Prio nāꝫ q̄dditatē ſpei ſcire poſſum⁹ diffinitōe. Et diffinit diuerſimode ſm ꝙ diuerſimode accipit ſpes. Prio accipit ꝑ v̄tute theologica q̄ īfundit a deo imediate. ꝛ ſic ē qd̄dā lum̄ diuinū a deo aīe īfuſum dirigēs actū volūtat firmit ad expectādū bonū etnū ꝛ creditū. de q̄ pſ. lxx. Tu es dñe ſpes mea id ē. tu es cā ſpei mee Scdo ſumit ꝑ re ſpata. i. btitudie. ſm illō ad Titum. ij. Expectātes btāꝫ ſpem. i. viſiōꝫ beataꝫ ſperataꝫ. Tertio accipit ſpes ꝑ motu volūtat grā ſpei īformate. ꝛ ſic h̄ꝫ magiſtꝝ i. iij. di. xxvj. diffinit ſic. Spes eſt certa expectatio fut̄e beatitudīs ex meritis ꝛ grā ꝓueniēs. Ex q̄ diffinitiōe q̄tuor eliciunt q̄ ad verā ſpeꝫ reqrūt. ſ.

Primo ꝯſidētie certitudo
Scdo interiōis rectitudo
Tertio ꝓprie fragilitat formido
Quarto bone opatōis valitudo

Primo ſiq̄dē ad verā ſpem reqrit ꝯfidētie certitudo q2 dr i diffinitōe. Spes eſt certa expectatio. dꝫ ei hō cert⁹ eē certitudine ſpei ꝙ de⁹ ꝑ opa bona dabit vitā etnā et quā ꝓmiſit ſperātibꝫ in ſe. Ubi notādū ꝙ ſm doct. ſup. iij. diſti. xxvj. triplex ē certitudo. Prima eſt ſcie ꝛ abſolute cognitōis ꝑ demōſtratiōeꝫ ꝑ quā plene vni pti ꝯſentit. Et tal' certitudo i hac vita cōiter non habet niſi alicui foret reuelatū. ſicut legim⁹ fuiſſe reuelatū btō Frāciſco. ꝛ ſic i diffinitione certitudo nō ſumit. q2 dr Eccēs. ix. Sūt iuſti atq̄ ſapiētes ꝛ opa eorum i manu dei ſunt. ꝛ tñ neſcit hō vtꝝ odio aut amore dign⁹ ſit. Scdā certitudo ē probabilis ꝯiecture ſine formidīe opinionis. et hec eſt certitudo vere ſpei.

Et hec cū tāta fortitudine dʒ eē vt ſi qs
ↄuertit ad deū p pniam ⁊ de⁹ reuelaſ/
ſet ꝙ ſolū tres hoīes debēt ſaluari ſpe
rare deberet ⁊ laborare ꝙ ipe eſſet vn⁹
illoꝝ.qꝛ de⁹ qđ ſel' ꝓmiſit abſqꝫ dubio
reddet. Tertia certitudo eſt firme noti
cie ⁊ tētionis.vt cū qs qđ tenet ī mani
bus cert⁹ ē ꝙ hʒ ī manib⁹.⁊ tal' certitu
do erit ī patria vbi ſpes euacuabitur.

Scđo ad bonā ſpem reqrit intētio/
nis rectitudo.qꝛ dr ī diffinitōe.future
beatitudīs expectatio. Nā q hʒ bonaꝫ
ſpem recte.i.p merita intēdit ad etnaꝫ
beatitudinē ↄſeqndaꝫ.iuxta illud ps.
Spera in dn̄o ⁊ fac bonitatē. Un̄ q in
pctīs iacēt ⁊ nihilomin⁹ ſperāt vitam
eternā:tales nō hn̄t ſpem ſʒ pſumptō
nē.qꝛ ī expectatōne tria ſolēt ↄcurrere
corpalit.ſ.affect⁹ animi q̄ cupit vt ali/
qd ſit pn̄s. Scđm freqns aſpect⁹.i.fre
quēter aſpicit ſi iā illđ adueniat qđ de
ſiderat ⁊ expectat. Tertiū vt pmaneat
in loco vbi illud expectat. Sic ſpūal'r
in expectatōe future btitudīs p veraꝫ
ſpem dʒ pmo eſſe affect⁹ ⁊ deſiderium
eterne beatitudīs.qꝛ nulli daf niſi de/
ſiderāti.⁊ vt dic Ber.ſup ps. Jlle qppe
deſiderat q p eo adipiſcēdo bona opa
facit. Scđo dʒ eſſe freqns aſpect⁹ p fi
dem ⁊ ↄtēplatōꝫ ac mētis eleuatōem.
qꝛ vt dictū eſt fides generat ſpeꝫ ⁊ ſpeſ
charitatē. Nā ſm b. Gre. Quātum cre
dis tātū ſperas.qntū ſperas tantum
amas.q̄ ſi nō credis nō ſperas.ſi n̄ ſpe
ras nō amas. Tertio dʒ pmanere in
loco boni ꝓpoſiti ſi cito n̄ fiet qđ qs ſpe
rat.qꝛ qđ differt nō aufert Un̄ dicitur
Matth.xxiiij. Qui perſeuerauerit ⁊c.

Tertio ad verā ſpem reqrit ꝓpe fra
gilitatꝫ formido.qꝛ dr ī diffinitōe ex dī
grā. Nā licꝫ dʒ hō ſpare d deo largiſſi/
mo tn̄ dʒ timere d ſeipſo.nō enim valꝫ
ſpei ſecuritas abſqꝫ timore. Unde ps.
Letet cor meū vt timeat nomē tuum
dn̄e.vbi glo. Miſcenda ē ſpes ⁊ timor
vt ſub ſpe timeam⁹ ⁊ ſub timore lete/
mur. Qui eīm ſperat ⁊ nō timet negli/
gens eſt. Qui aūt timet ⁊ nō ſperat de
pſſus eſt. Nā bn̄placitū eſt deo ſup ti/
mētes eū ⁊ in eis q ſperāt ſup miſcdia
eius. Ut eīm glo.ſup ps.dicit. Spes ⁊
timor ſunt qſi due mole int qs molit
aīa xpiana vt fiat panis. Jō ī veteri te
ſtamēto pceptū fuit ne mola ſupior vl'
inferior ipignoraret.i.ne qs amitteret
ſpem vel timorē.ſicut mola inferior re
tinet grana ne cadāt.⁊ ſupior depmit
ne exeant. Sic ſpes detinet ne pereat.
⁊ timor depmit ne ſupbiat vl' pſumat
Un̄ Gre.in mora. Jncaſſum miſicor
diam ſperat qs ſi nō ex iuſticia formi/
dat.⁊ icaſſum iuſticiā metuit ſi non ex
dei miſericordia ↄfidit. Quarto ad ve
ram ſpem requirit bone opatōis vali
tudo. Om̄ firma fide ⁊ ſpe tenēduꝫ eſt
vt dicit Athanaſi⁹ in ſymbolo ꝙ q bo
na egerūt ibūt ī vitā eternā. Jō dicit ī
diffinitōe.ex meritꝫ. O igit aīa xpi ſan
guine redēpta nō labores mltū vt hic
in via certificerꝫ totalit de etna beati/
tudine.qꝛ raro vēdit tale bonū in iſto
foro mūdi.ſʒ ſufficiat tibi ꝙ ſperes fir
mit.⁊ oīa tua opa fac vt deū ꝓpiciū ha
beas ⁊ totꝫ virib⁹ caueas a pctō.ꝓpter
qđ tale bonū amittit.ſi fecerꝫ qntū ī te
eſt de⁹ faciet qntū ī ſe ē. Scđo qddi/
ratē ſpei ſcire poſſum⁹ diuiſiōe. Nā tri
plex ſpes repit ī ſacra ſcptura.ſ.

Prima vana
Scđa falſa
Tertia virtuoſa.

Dixi ꝙ prima ſpes qua homines con
fidunt dicitur vana. Et hec eſt illoruꝫ
qui ſpem ſuā ponūt in mūdi vanitati
bus ⁊ diuitijs.in potētijs et in homi/
nibus. Et ſic triplicem ramum habet
Primo enim vana ſpes eſt cuꝫ quis ī
diuitijs ſpem ponit.⁊ ī illis gliat:epu

lat ꝛ gaudet q̄ſi eēt beatꝰ ꝛ alios deſpicit minꝰ habētes. ꝛ ex hac ſpe ꝛ ꝯfidentia m̄lta ꝑpetrat pctā. vidēs ꝙ pctōꝝ punitōes ꝑt euadere ſuis diuitijs. ſed reuera vana ē taliū ſpes. q2 dr̄ Eccſ. j. Uanitas vanitatū ꝛ oīa vanitas. Et eiuſdē. ij. dicit ſalomō d̄ ſe. Magnificaui mihi opa. edificaui domos. plantaui vineas. feci mihi pomeria ꝛ extruxi piſcinas aq̄ꝝ. poſſedi ſuos ꝛ ācillas. m̄ltāq3 familiā habui. coaceruaui mihi auꝝ ꝛ argētū. Seq̄r. Et vidi in oībꝰ vanitatē ꝛ afflictōꝫ ſpūs. Jō ꝯ taliter ſperātes ſcribit Apl's. j. ad Timo. vj. Diuitibꝰ huiꝰ ſeculi p̄cipe nō ſublime ſape. nec ſperare in m̄ltitudine diuitiaꝝ ſuaꝝ. ſ3 in deo viuo q̄ p̄ſtat omnia abūdāter. Diuitie ei nō liberāt a morte ꝛ neq3 ab eterna iferni pena. Beatus igit̄ vir diues q̄ poſt auꝝ nō abijt nec ſpauit in pecunie theſauris Eccl. xxxj. Scd̄o eſt vana ſpes eoꝝ q̄ ꝯfidunt in potētia ſua ꝛ fortitudīe ſic ſenacherib Cōtra q̄s dr̄ Hiere. ix. Nō glieſ fortꝫ i fortitudīe ſua. Tertio ē vana ſpes illoꝝ q̄ ꝯfidūt in hoīe. Alij ſperāt i ſuis dn̄is ꝙ defendāt eos. iō faciūt multa mala. de q̄bꝰ dr̄ Hiere. xvij. Maledictus hō q̄ ꝯfidit i hoīe ꝛ recedit a dn̄o cor eiꝰ. Alij ꝯfidūt d̄ alioꝝ hoīs opibꝰ

Secūda ſpes dr̄ falſa. ꝛ hec ſil'r ē triplex. Prima ē ſpes diu viuēdi. ꝛ iō cōmittūt m̄lta pctā. cogitāt ꝛ ſperāt adhuc i etate ſe eē iuuenili vel i mortꝫ articulo poſſe penitere. De q̄bꝰ Hiero. Qui dū ſanꝰ ē ꝛ iuuenis deū offendere nō formidat i morte nō merebit̄ diuinā idulgētiā. Et b. Augꝰ. Hac aniaduerſiōe pcutit̄ pctōr vt moriēs obliuiſcat̄ ſui q̄ dū viueret oblitus ē dī. O q̄ m̄lti ſūt i iſta ſpe viuētes nō ſolū iuuenes: ſ3 etiā ſenes q̄bꝰ i naribꝰ ē tm̄ vita ꝛ obliti dī ꝛ ſue ſalutꝫ laborāt quō delectēt̄ ꝛ terrena ꝯgregēt. Talis fuit ille diues q̄ dicebat Lu. xij. Aia mea habes multa bona repoſita i annos plurimos comede epulare q̄eſce. Cui dn̄s dixit. Stulte hac nocte repetēt a te aīamā tuā ꝛ q̄ ꝯgregaſti cuiꝰ erūt. Sicq3 factū ē. O q̄ m̄lti cū aīaꝝ piculo edificāt domos. rapiūt aliena vt delectēt̄. ꝛ tn̄ i breui obrigeſcūt ꝛ extrahūt̄ d̄ tabernaculo carnis. Jac. iiij. Que ē vita n̄ra. vapor ad modicū apparēs. Secūda ſpes falſa ē miſicordiā ꝯſequēdi Nā m̄lti ſperāt de ſuis ſceleribꝰ cōſeq̄ poſſe miſicordiā cū tn̄ nolūt ea relinq̄re. q̄ꝝ ſpes ve ē falſa. q2 deꝰ nulli miſeret̄ niſi pctm̄ totalit̄ relinq̄nti. iuxta illud Ps. Nō miſerearꝫ oībꝰ q̄ opant̄ iniq̄tatē. Hec ſpes nō ſolū ē falſa ſ3 etiam maledicta. q2 illā dulcē miſicordiaꝫ dī recipit ꝓ peccādi occaſiōe dicens cū peccat. Ha miſicors ē deꝰ non vult mortē pctōris nec dānabit ꝓpt̄ tā modica. O maledicte. o peſſime ꝙ q̄ntū in te ē obfuſcas ꝛ obtenebras lucē diuie miſicordie ꝛ amaricas dulcedinē dei ꝛ puocas ꝯ te irā pijſſimi dei Rom. ij ſcḋm duriciā tuā ꝛ ipenitēs cor tuū theſaurizas tibi irā in die ire ꝛ reuelatōis iuſti iudicij ꝓ eo ꝙ diuitias bonitatis ꝛ patiētie ꝛ lōganimitatꝫ dei ꝯtēnis q̄ potiꝰ debebat te ad pn̄iaꝫ ducere. Dic ꝛ Bern̄. dic. Infidelis ē fiducia ſolius vtiq3 maledictōis capax cū in ſpe venie peccamꝰ. Tertia ſpes falſa ē ſpes tpalia acq̄rēdi. ꝛ hec certe eſt falſa. q̄a m̄lti ſperāt in dignitatibꝰ ſublimari: aut ditari ꝛ ſic gl'iari ꝛ delectari. ꝛ tn̄ i firmant̄: aut paralyſim incurrūt: aut in egeſtate moriunt̄. Jō dicit Aug. ſuper Ps. Ecce turbat̄ mūdus ꝛ amat̄. q̄d ſi trāq̄llus eſſet. formoſo quō hereres q̄ ſic amplecterꝫ fedū. flores quō colligeres q̄ ſic a ſpinis nō reuocas manū

Tertia ſpes ē v̄tuoſa q̄ puenit hoī ex grā dei ꝛ meritꝫ ꝓprijs. de q̄ dictuz ē

ſupra. Que ſimilr hab; tres ramos. Primus ē cui reuelat a deo ſicut btō Paulo. Secūdꝰ q nō ſolū cōia pcepta ſ; etiam ɔſilia euāgelica obſeruat. Tertiꝰ q pcepta dei ſtudioſe obſuat. S; multi decipiunt qſi ſub hac ſpe q ſunt hypocrite ſperātes in exteriori apparentia z veſtimētis z ſignis ſanctitatꝫ q̄ꝝ ſpes ē falſa. qꝛ dr Job. viij. Spes hypocrite pibit ſicut tela araneaꝝ fiducia eiꝰ. Sup qbꝰ dic̄ Grego. Tela araneaꝝ ſtudioſe texit̄: ſ; flatu venti diſſipat̄. Sic q hypocrite ɔgregāt fauoris aura tollit. Tertio qdditas ſpei pt ſciri ſimilitudine. Nā aſſimilat̄ galee Eph. vj. Galeā ſpei ſalutꝫ aſſumite. Jtē aſſimilat̄ anchore q firmiter tenet naueꝫ in pcellis. Un̄ Chryſ. li. de cōpūctiōe. Spes inqt ē ſalutꝫ nr̄e ācho ra vite nr̄e fūdamētū. dux itinerꝫ q itur ad celū i q ſalus nr̄a ɔſiſtit. z q de terris aīas velut qbuſdā cathenis celitꝰ depēdētibꝰ innexas euehit ad ſūma. Spes ei mētē firmat in bono. ¶ Secūdū myſteriū tractandū erit de ſpei actualitate. Nā ad actū vere ſpei nos ſpecialit̄ iducūt tres ſpecies meditationuꝫ ſeu ɔſiderationuꝫ. ſ.

Primo ɔſideratio circa nos diuīe bonitatis.

Secūdo ɔſideratio circa nos beatoꝝ charitatis.

Tertio conſideratio pro deo noſtre operoſitatis.

Prio dixi φ actū ſpei nr̄e adiuuat ɔſideratio diuīe bonitatꝫ z largitatꝫ erga nos. Nā ſi ɔſideraremꝰ q z q̄lia fec deꝰ nr̄ p nob: certe erigere poſſemus ſpeꝫ habēdi et̄nā btitudinē. Magnuꝫ fec pfecto nos mirabilit̄ creādo. ſ; maius mirabilꝰ redimēdo. et maximuꝫ opꝰ redēptōis pficiēdo. Deꝰ ei di filius xps nō p ſole luna vl̄ terra aut aere ſe opprobrijs flagellis et ignominioſe morti tradidit: ſ; p nob oībꝰ. Maiuſ nāq; fuit ipi xpo iter flagella volutari z inter clauos cruciari q̄ꝫ nob beatitudinē reddere quā ab initio nob diſpoſuit. ſi fecit maius ſine dubio faciet minꝰ. Nō etiā ꝑmiſit Job. x. Ego cognoſco oues meas z vitā eternam do eis. Un̄ Bern̄. in quodā ſmōe d ſeptē panibꝰ dicit. Tria ɔſidero in qbus tota ſpes mea ɔſiſtit. charitatē adoptionis. veritatē ꝑmiſſiōis. poteſtatē redditiōis. Scio cui credidi z certus ſū. qꝛ in charitate nimia adoptauit me. qꝛ verax ē in ꝑmiſſiōe. qꝛ potēs ē in exhibitōe. Hic ē funiculꝰ triplex q difficile dirūpit̄. quē nob a patria noſtra i hūc carcerē demiſit. Firmiter obſecro teneamꝰ vt ipe nos ſubleuet trahat z ptrahat vſq; ad ɔſpectū glie. Hec ille Hinc z de charitate dei pr̄is q nobis eternā beatitudinē vult dare dicit̄. j. Job. iij. Videte qualē charitatē dedit nobis deꝰ vt filij dei noīemur z ſimꝰ Unde dei filiꝰ z noſter frater xps docuit nos ita orare. Pater noſter q es in celis Matth. vj. Si igit̄ ſumꝰ filij dei patris erimꝰ z heredes. qꝛ ipe promiſit q mentiri nō poteſt ſed eſt fidelis in omibus verbis ſuis. Ex quo igitur ꝑmiſit z ſolo verbo ſine difficultate poteſt implere. certe nulla eſt ratio quare nō impleret. Nā ſi ego volo peccatū deteſtari z deo meo ſeruire z cuꝫ eo eternaliter frui. vere ille bonꝰ deuſ q deteſtat̄ pctm̄ z vult ſibi ſeruiri z cuꝫ eo frui hoīes nō poteſt ſuā bonitatem negare. Nō em̄ ē crudelis ad ſe ɔfugiētibꝰ: ſ; pius z māſuetꝰ q nō letat̄ i pditiōe morientiū neq; pctōꝝ morte: ſed ex peccat vt hō ɔuertat̄ z ſaluet̄. Un̄ ſi me deꝰ meꝰ voluiſſet pdere z a btitudie excludere potuiſſet ſm equitateꝫ ſue iuſticie adhuc in vtero matris mee z poſtea propter peccata multa. ſed ipe di

nes in misericordia vt vitã eternã ha/ beã dissimulauit pctã. dedit angelũ vt me custodiret ĩ oĩb9 vijs meis. pfe/ cto si me dãnare vellet nõ solũ pciosũ sanguinẽ p me nõ dedisset sz neq3 an/ gelũ. Et sic naturalr oẽs hoĩes amant que sua sunt. z si pdiderint reqrũt. et si inuenerint gaudẽt de inuentis. Sic o pctõr dñs tu9 xps. xxxiij. annis q̃siuit z inuenit z gaudiũ nũc de tua pnia ĩ bo na spe facta habet. Cui z angeli ꝯgau dent Luc. xv. Gaudiũ est angel' dei su per vno pctõre pniam agẽte. Nota igi tur ꝫm ps. In ira ꝯtinebit miscdias su as sz ad se ꝯuersis miserebit. q2 sui sũt Vñ Sap. xj. Parcis hoĩb9 q2 tui sunt z h̃ ex ĩmẽsa misicordia. Jõ dic Aug. li bro ꝯfes. Una spes. vna fiducia. vna firma pmissio miscdia tua. Secũdo actũ spei nostre adiuuat z excitat cõsi/ deratio circa nos caritat3 btõꝝ. Nam dũ scti h̃ nobiscũ vixerũt: orauerũt p il lis q̃ ad eos ꝯfugerũt. mlto mag3 ꝯfir/ mati iã in dei caritate itercedũt p nob videntes nr̃am miseriã. Jõ dicebat bea tus Petrus scda canonica. j. c. Dabo operã h̃re vos memoriã meã p9 obitũ3 meũ. Sup oẽs ꝟo sctõs z sctãs virgo dei genitrix Maria eleuat z roborat spem nr̃am q̃ stat erecta. q2 nũq3 ceci/ dit p aliqd pctm̃ corã solio maiestatis diuine ad itercedẽdũ p pctõrib9. Unde Bern. Securũ accessũ3 ad deum o hõ habeo vbi mr̃ stat an̄ filiũ. fili9 an̄ pa/ trẽ. mr̃ oñdit filio pect9 ẽ vbera. filius oñdit pr̃i latus z vulnera. Nulla ẽ ibi poterit esse repulsa vbi tot sunt amo/ ris insignia. Nõ em̃ iã de cetero pctõr infirmet desperatõe. q2 ĩ domo reg3 ce lestis est mater salutẽ pcurans. Unde Ecci. xxxvj. dr. Ubi nõ est mulier inge/ miscit eger. s. q2 alij nõ sic cõpatiunt ei Sed beata ꝟgo sup oĩes misicors z sublenatrix nostre spei. Ideo clamat omnib9 peccatorib9 illud Eccli. xxiiij. Ego mater sancte spei. Trãsite ad me oĩes qui ꝯcupiscitis me. s. p fiduciã z a generationib9 meis adimplemini Adeamus igit charissimi cũ3 fiducia thronum gratie eius vt misicordiam ꝯsequamur. Heb. iiij. Hinc et Bern. huius ꝟginis cõmendat intercessio/ nẽ sic dicẽs. Sileat misericordiã tuã3 o beata virgo quicũq3 in necessitatib9 suis te inuocatã sibi senserit te defuisse Ob hoc quotidie clamamus cũ3 fidu cia. Eya ergo aduocata nostra illos tu os misericordes oculos ad nos ꝯuer te. z iesum benedictũ post hoc exilium ostende. Quod pfecto faciet speranti/ bus ĩ se. Quia dic Bern. Respice stel/ lam inuoca mariã nõ recedat ab ore. ipam sequens nõ deuias. ipã3 rogãs nõ desperas. O pctõr si tu videres quõ angeli orationẽ tuã rapiunt d̃ ore tuo z repñtant deo z sanctis certe nõ de sperares. O si scires quomõ beata vir go cũ agminib9 sctõꝝ z angelorum ĩ/ tercedit p te vere nõ desperares. O si ĩ telligeres misericordiã dei z ei9 volun tatem qua vult oẽs homines saluos fieri z neminẽ perire pfecto peccatum dimitteres z totis virib9 in dño spera res. dicens illud Job. xiij. Si occiderit me sperabo in eũ. Nihil em̃ ita odit de us in hoĩe nec homicidiũ nec incestũ3 nec furtũ nec symoniã nec ebrietatem zc. sicut desperatiõem. parũ em̃ curat deus de ieiunio tuo vel pegrinatione vel elemosyna. q2 sine illis põt remit/ tere tibi oĩa pctã enormia sz q̃ntũcũq3 penitẽas sine spe ñ põt remittere. quã tollit desperatio. Vñ Augu. Non est quicq3 quod non in penitudine dele/ atur: excepta tm̃ desperatione. Ideo dyabolus hoc sciens electos quos sal uari cognouerit infestat temptando de desperatione. Sed seruus dei nec

debet aduertere sic latrantē canē .silen
do melius poterit ptrāsire q̄ʒ irritādo
ipse tētet infestet pturbet ⁊ molestet. tu
vo curre sub scuto diuīe miscdie. Ua/
de sub ptectōe vgīs bn̄dicte. maior est
enī dei misericordia q̄ʒ nostra miseria
Tertio q̄ʒ actū nr̄e spei adiuuāt ⁊ exci
tat ꝯsideratio nr̄e opositat̄ꝫ. Nam opa
nr̄a que facim⁹ adiuuāt spem fiducia
lius bonū pmissum sperādū. sic q̄ ali/
cui dn̄o fuit fiducialit̄ ab eo expectat
pmissum. Un̄ ps̄. Sacrificate sacrifi
ciū iusticie ⁊ sperate ī dn̄o. Sacrificiū
iusticie sūt opa vtuosa q̄ tūc sacrificāt
cū debite deo offerunt. Quāto enī q̄s
mag̃ carnē domat ieiuniȷ̄s et vigiliȷ̄s
⁊ aduersa tolerat. tāto audaci⁹ futurā
beatitudinē sperat. q2 spes ē certa expe
ctatio future btītudis ex gr̄a dei ⁊ me
ritis p̄cedētib⁹ pueniēs. Un̄ Gre. Bo
noꝝ mens q̄nto duriora p vitate to/
lerat eo eternitatis p̄mia certi⁹ sperat
Hinc ⁊. ij. Machab. vij. vn⁹ ex septem
fratrib⁹ cū p obs̄uatōe leg̃ diuie torq̄
ret ⁊ mēbris trūcaret dixit. E celo ista
possideo ⁊ ppt̄ dei leges nūc ipa despi/
cio q2 me ea receptuꝝ spero. Unde et
Hylarion abbas tpe sue mortꝫ sic allo
q̄bat aiam. Egredere aīa mea quid ti
mes. septuaginta annis s̄uiuisti xp̄o ⁊
mortē times. Exēplo enī h⁹ bonuꝫ est
tētato d̄ despatiōe vt freq̄nt̄ bona opa
sua reuoluat ⁊ inde spem erigat nō vt
supbiat. In cui⁹ persona dicebat Job
xxix. Ocul⁹ fui ceco. pes claudo ⁊c. De
bem⁹ igit̄ spare ī deo q2 ex sua bonita/
te dabit nob̄ inestimabilē gl̄iam ⁊ ex/
inde debem⁹ eū amare. q2 tā bon⁹ ē q2
ex se ꝑ btōꝝ itercessiōes p nr̄is bonis
opib⁹ tā magna daturū se pmisit ⁊c.
y Tertiū mysteriū erit tractāduꝫ de
spei vtilitate. Mag̃ sic̄ dē est spei vtilit/
tas ⁊ q̄dāmō maioꝛ q̄ʒ fidei. q2 vt dic̄
Tho. ij. ij. q. xvij. q2 licꝫ demōes et dā/
nati habeāt fidē infoꝛmē d̄ deo et aliȷ̄s
iuxta illō Jac. ij. Demōes credūt ⁊ tre
miscūt nō tn̄ hn̄t spem. Cui⁹ Aug⁹. rō
nē assignat ī enchiridion. di. q2 fides ē
bonaꝝ reꝝ ⁊ malaꝝ p̄ntiū ⁊ futuraꝝ
⁊ suaꝝ ⁊ alienaꝝ. Spes āt nō est nisi
bonaꝝ reꝝ ⁊ ad se ptinentiū. Un̄ spei
q̄nq3 notem⁹ vtilitates.

Prima est q2 est pnie incitatiua
Scd̄a est ī piculis fortificatiua.
Tertia est in malis liberatiua
Quarta est tētationū triūphatiua.
Quinta ē in celis coronatiua.

Prima spei vtilitas ē q2 pnie est īcita
tiua intantū q2 null⁹ peniteret vere ni
si speraret veniā. Amb. de pe. di. j. Ne/
mo digne agere pōt pniam nisi q̄ spe/
rauerit īdulgētiā. Un̄ pnia iude nō p
fecit q2 sine spe fuit. Judas enī pl⁹ pec
cauit desperādo q̄ʒ xp̄m tradēdo. q2 d̄
tradimēto veniā potuisset obtinere a
p̄ȷ̄ssimo xp̄o sicut longin⁹ q̄ latus xp̄i
aperuit. sꝫ nō de desperatōe. quia dic̄
Hiero. ad rusticū monachū. Soluꝫ
desperatōis viciū ē q̄d veniā n̄ meret̄.
Jō dic̄ Aug⁹. Pnia q̄ ex fiducia nō p
cedit inutil̄ est. steril̄ manet ⁊ sine fru/
ctu. Ut aūt de⁹ spem nr̄am erigeret: pe
nitētib⁹ sub iuramēto veniam pmisit
Ezech. xviij. dicēs. Quacūq3 hora pec
catoꝛ ingemuerit oim iniq̄tatū ei⁹ nō
recordaboꝛ Jbidē. Uiuo ego dic̄ dn̄s
Nolo mortē pctoꝝ sꝫ mag̃ vt ꝯuertat̄
p pniam ⁊ viuat p gr̄am. Hec verba
tā firmissima sūt vt si aliō fieri neq̄q3
posset nisi de⁹ aut hec verba falsaret:
aut celū ⁊ terrā destrueret poti⁹ vellet
celū ⁊ terrā destruere q̄ʒ ve penitētib⁹
nō indulgere. q2 nūq3 posset suā mi/
sericordiā negare eis. Igit̄ si sctūs pe/
trus apl̄s veniret ⁊ diceret tibi. Fru/
stra tu penites. q2 d̄s tibi penitēti n̄ in
dulgebit. mox diceres ei. nō credo tibi
sed d̄o meo. qui dixit per os prophete

Quacūq; hora ⁊c. Et ſaluator meus Matth.iiij. Pniam agite appropinquabit eīm regnū celoꝝ. al's omis xpi labor ⁊ paſſio fruſtrarēt. Scōa ſpei vtilitas ē q̄ in picul' eſt fortificatiua. q̄d ↄfortabat martyres ī diuerſis penis. q̄d teneras v̄gines ī diuerſis tormētis nōne v̄a ſpes. Jō d̄r Eſa.xl. Qui ſpant in dn̄o mutāt fortitudinē.ſ.vt d̄ fragili fit fortis.de incōſtāti ↄſtās Tertia ſpei vtilitas ē.q̄ ī malis ē liberatiua. nā oēs ſperātes de⁹ ī ſe liberabit. ſaltē ſpūalit̄. q̄ liberatio melior ē q̄̄ corpal'. Vn̄ ps̄. Qm̄ in me ſpabit liberabo eū ptegā eū. Jdē. Jn te ſpauerūt pr̄es nr̄i ⁊ liberaſti eos. Aliq̄n etiā corpalit̄ liberat. vt Dan̄.xiij. Suſannā a morte.de q̄ d̄r. Erat ei cor ei⁹ fiduciā h̄ns ī dn̄o.

Quarta ſpei vtilitas q̄ ē tētationū triūphatiua. Nā triūphātes ⁊ bonos diabol⁹ diuerſ tētatōib; ſolet aggredi Aliq̄n turpib; cogitatōib;, aliq̄n blaſphemia. interdū deſperatōe. Sz tales debēt ↄſiderare ſpei vtilitatē q̄ d̄s nunq̄̄ aliquē derelinq̄t. dū h̄o n̄ vult deū derelinq̄re. imo tales tētatōes ſi ↄſiderant poti⁹ ſpem erigūt. q̄ ex h̄ ſperare debēt q̄ ſt ad ſalutē pordinati. iō dyabol⁹ eos moleſtat. ſic dū captiu⁹ exiliet d̄ captiuitate. currūt hincinde torrores vt iteꝝ recaptiuēt ⁊ crucīet. Unde Gre. Diabol⁹ illos pulſare negligit q̄ſ iure q̄eto poſſidere ſe ſentit. Magnū igit̄ gaudiū d; talib; tētarī eē vt dic b. Jac.j.c. Oē gaudiū inq̄t exiſtimate fratres mei cū ī tētatiōes varias īciderit; Sup q̄ Beda. Ne idignemī frēs mei ſi mali ī mūdo floſcāt ⁊ vos patimī. q̄a nō ē xpiane dignitat; ī tpalib; exaltari ſ; poti⁹ depmi. mali nihil h̄nt in celo. vos nihil ī mūdo. ſ; ſpe illi⁹ boni ad q̄d tēditis q̄cq̄d ↄtigerit gaudere debetis.

Quīta ſpei vtilitas q̄ ī cel' ē coronatiua. q̄lib; igr̄ nr̄m ſecura mēte ſperet ↄhēnē coronā a d̄o meritꝭ paſſiōis xp̄i ↄferēdā. ⁊ dicat illd̄ ps̄. Jn te dn̄e ſperaui n̄ ↄfundar ī eťnū. Sz pia clemētia tua pducat ad btōꝝ ⁊ angl'oꝝ ↄſortiū. vbi ī trinitate pfecta viuiſ ⁊ regnaſ in ſecl'a ſecl'oꝝ. Amē.

De eadē dn̄ica.xviij.poſt pentho.
Sermo.cxij.

Aſcendēs ieſus in nauiculā; trāſfretauit ⁊ venit ī ciuitatē ſuā. ⁊ ecce offerebāt ei paliticū iacentē in lecto Mathei.ix.c. ⁊ ī euāgelio. Jn q̄ moralit̄ inſtruimur ad quattuor.ſ.

Primo ad xp̄i imitatōꝫ deuotā.
Scōo ad vite cuſtodiā ſolicitā
Tertio ad cordis mūdiciā plenam
Quarto ad d̄ī reuerētiā oīmodam.

Pr̄io ſiq̄dē ex ſerie h⁹ euāgelij inſtruimur ad xp̄i imitatiōꝫ deuotā cum d̄r. Aſcēdēs ih̄s ī nauiculā ⁊ venit ī ciuitatē ſuā. Per hāc nauiculā in q̄ xp̄s dn̄s trāſfretauit mare.i.amaritudinē h⁹ ſeculi ſignificat ſctā; crucē p quā d̄ amaritudie venit in gl'iam q̄ d̄r ſua ciuitaſ Juxta illd̄ Lu.vlt̄. Nōne hec oportuit xp̄m pati ⁊ ita itrare ī gl'iam ſuā. Un̄ exēplo xp̄i debem⁹ ip̄m ſeq̄ in nauicl'a v̄e pnīe q̄ vocauit nos ſe ſeq̄ dī. Si q̄s vult venire p⁹ me abneget ſemetip̄m ⁊ tollat crucē ſuā ⁊ ſequat̄ me. Et dicit̄ pnīa nauicula diminutiue. q̄ breuis afflictio reſpectu cruciat⁹ eťni. Hinc Sap̄.xiiij. Exiguo ligno credūt hoīes ſaluare aīas ſuas. Jn hac nauicula q̄cūq; imitat̄ xp̄; v̄acit̄ ⁊ pſeuerāt̄ pcul dubio īueniet ī ſua ciuitate. Ber.ī ſer. Si nolum⁹ fruſtra q̄rere dn̄; q̄ram⁹ veracit̄. q̄ram⁹ frequent̄. q̄[illegible]m⁹ pſeuerant̄. Facil⁹ eſt ei celū ⁊ ter[illegible] trāſire q̄̄ vt ſic querēs nō inueniat. Et b. Greg. in moral'. Querite dn̄m dū iueniri pt̄. Mō nō videt̄ dn̄s ⁊ ꝓpe eſt. in iudicio

videbit̃ ⁊ ꝓ̃ e nõ erit Scđo moralit̃
ex euãgelio inſtruimur ad vite nr̃e cu
ſtodiã ſolicitã cũ dr̃. Et ecce offerebant
ei paliticũ iacentẽ in lecto ꝑ quẽ ſignifi
cant̃ voluptuoſi q̇ ſpũalit̃ ita infirmi
ſunt vt iacẽtes ĩ lecto ab alijs portent̃
ad ſaluatorẽ q̇ ſut q̃ttuor ꝯſideratões
Prima ꝓprie fragilitatꝭ conſideratio.
Job.xvij. Putredini dixi pr̃ me⁹ es ſo
ror mea ⁊ mr̃ mea vmib⁹. Scđa one-
ris pcc̃i ꝯſideratio. ps. Sicut on⁹ gue
guate ſunt ſup me. Tertia bñficioꝝ
dei ꝯſideratio. ps. Bñdic aĩa mea do
minũ ſp lauꝭ ei⁹ ⁊c. Quarta penaꝝ in
ferni ꝯſideratio. Eſa.xxxiij. Quis pote
rit ex vob habitare ĩ igne deuorãte. q̇-
cũqꝫ ſic portat̃ ad xp̃m dicet ei. Cõfide
fili remittũt̃ tibi pctã tua. ⁊ tulit lectuꝫ
ſuũ ⁊ ambulauit. lect⁹ ẽ pctm̃ ĩ q̊ pctõr
qeſcit. tũc tollit qñ ꝓ onere hẽbit pctm̃

Tertio ex euangelio inſtruimur ad
cordis mũdiciã plenã cũ dr̃. Et ecce q̇-
dam de ſcribis dixerunt intra ſe. Hic
blaſphemat. ex q̈ dixerat xp̃s. remittũ-
tur tibi pctã. Et cũ vidiſſet ihs cogita-
tiones coꝝ dixit. Ut qd cogitatꝭ mala
in cordib⁹ vr̃is. qd eſt facili⁹ dicere di-
mittunt̃ tibi pctã tua an dicere ſurge ⁊
ambula. vt ſciatꝭ aũt qm̃ fili⁹ hoĩs hꝫ
ptãtẽ in terra dimittẽdi pctã. Tũc ait
palitico. ſurge tolle lectũ tuũ ⁊ vade in
domum tuam. Et ſurrexit et abijt in
domũ ſuã. Ex h̃ debem⁹ ſp bona ĩ cor
de cogitare ne dicat nob xp̃s q̇ oĩa vi-
det Ut qd cogitatꝭ mala ĩ cordib⁹ vr̃is

Quarto ex euãgelio inſtruimur ad
dei reuerẽtiã oĩmodã cũ dr̃. Uidentes
aũt turbe timuerũt ⁊ glorificauert̃ de
um q̇ dedit poteſtatẽ talẽ hoĩb⁹. nos eti
am glĩficem⁹ deũ q̇ nõ ſolũ vnũ mira
culũ audiuim⁹. ſꝫ mlt̃a. Inſup fide vi
dem⁹ mirabile op⁹ dei celũ ⁊ t̃rã ex q̈-
rũ ꝯſideratõe de⁹ ẽ glĩficãd⁹. q̇ ſic ſe hu
miliauit ꝓ nob vt nauigio vteretur. q̇
mare ⁊ oĩa ĩ eis creauit. de q̊ dr̃. Aſcẽ
dẽs ihs in naui. ⁊c. Uñ ex p̃nti euãge-
lio tria declarẽ⁹ ſalutꝭ nr̃e documẽta. ſ.

Primũ miraculi opatiõnẽ. ibi. ⁊ ec
ce offerebãt ei paliticũ ⁊c.

Scđm ſcribaꝝ apphẽſionẽ. ibi. cuꝫ
vidiſſet ihs cogitatões ⁊c.

Tertiũ ppl̃i deuotõꝫ. ibi. videntes
aũt turbe timuerũt ⁊c.

Primũ documentuꝫ dixi ex euãgelio
h̃ declarandũ miraculi opatiõꝫ cũ dr̃.
q̄ dũ eſſet in ciuitate ſua. ſ. capharna-
um. q̇ eſt metropol̃ galilee. vbi et plu-
ra miracula fec̃. ibi offerebãt ei paliti-
cum iacẽtẽ in lecto. mod⁹ aũt offerẽdi
hic tacet̃. ſꝫ Mar. ij. exp̃mit̃: vbi ſic hr̃.
Auditũ eſt q̄ eſſet ihs ĩ domo ⁊ vene-
rũt mlt̃i ita vt ñ capet. ſ. dom⁹ neqꝫ ad
ianuã. ⁊ loq̇bat̃ eis vbũ ⁊ venerũt ferẽ
tes ad eũ paliticũ q̇ a q̃ttuor portabat̃
⁊ cũ ñ poſſent eũ offerre illi p̃e turba
nudauerũt tectũ vbi erat. ⁊ patefaciẽ-
tes ſubmiſerũt grabatũ in q̊ paliticꝰ
iacebat. Cũ vidiſſet aũt ieſus fidẽ illo-
rum. ſ. infirmi ⁊ offerẽtiũ ſm̃ Lyrã qđ
ptꝫ ex h̃ qđ ſequit̃. Licet ei ſanitas cor
poralis det̃ alicui ꝓp̃ fidẽ alienam. re
miſſio tñ pctõꝝ ñ dat̃ alicui ſine ꝓpa fi
de. ⁊ iõ ñ vidẽt̃ bñ dicere q̇ dicũt q̄ ly il
loꝝ refert̃ tm̃ ad offerẽtes. ita q̄ ꝓp̃ fi-
dẽ offerẽtiũ tm̃ ſit ſanat⁹ iſte paliticus
ſꝫ reuera ꝓp̃ fidẽ offerẽtiũ ⁊ palitici. iõ
dixit ei. Cõfide fili remittũt̃ tibi pctã ⁊c̃
Uñ circa hoc documentũ p̃ntis ſmo
nis quattuor dubia de mirabili opa-
tione declaremus. ſ.

Primũ qđ dr̃ oĩm mai⁹ miraculũ.

Secũdum cui vtuti poti⁹ attribui-
tur opatio miraculoꝝ.

Tertiũ an ſancti aliq̇d opent̃ ĩ opa-
tione miraculoꝝ

Quartũ an xp̃s ſola vtute diuia ꝑ-
fecerit op⁹ miraculoꝝ

Z Primũ itaqꝫ dubiũ declarãdũ eẽ

dixit. qđ scȝ dicat̃ oim̃ miraculoꝝ maius et Aug⁹ videt̃ tenere ꝙ oim̃ miraculoꝝ ē mai⁹ creatio celi ꝛ terre ꝛ omniū. ac iuſtificatio impij. Un̄. x. đ ciui. dei dicit. Quicqđ ḡ mirabile fit i hoc mūdo ꝑfecto min⁹ eſt q̄ȝ tot⁹ hic mūdus. i. celū ꝛ terra ꝛ om̄ia q̄ in eis ſunt que certe de⁹ fecit. Nā ꝛ omi miraculo qđ fit ꝑ hoiem mai⁹ miraculū ē hō. q̄ȝ uis ergo miracula viſibiliū naturaꝝ videndi aſſiduitate vileſcūt, tamē cuȝ ea ſapiēter intuemur et vſitatiſſimis rariſqȝ maiora ſunt. Item de iuſtificatiōe impij idē ſic dicit ſup illud Job. xiiij. Et maiora horuȝ faciet. Maius opus eſt vt ex impio iuſtus fiat q̄ȝ creare celū ꝛ terrā. iudicet q̄ pōt vtrū maius ſit iuſtos angelos creare q̄ȝ impiū iuſtificare. certe ſi eq̄lis vtrūqȝ potentie. tñ hoc eſt maioris gratie. Cui⁹ rō eſt. quia in omniū creatiōe ſufficit ſola voluntas diuina. ſed in iuſtificatiōe impij requirit̃ etiā voluntas humana. Nā de pmo Pſ. Ipe dixit ꝛ facta ſunt. De ſecūdo ait Aug. Qui creauit te ſine te nō ſaluabit te ſine te. Ergo in creatiōe omniū nullū repugnāſ habuit deus. ſed in iuſtificatiōe impij habet repugnantē malā hoīs voluntatē. Magis igit̃ debet peccator agere gratias deo miſericordi de remiſſione peccatoꝝ ſuoꝝ q̄ȝ de ſua creatōne Secūdo Chryſ. aūt ſup Matth. dic̄. ꝙ mirabilius eſt videre hominē conuitia paſſum ꝛ nō motū q̄ȝ hominem vulneratū ꝛ concuſſuȝ nō cadentem. Et Aug⁹. li. ꝯfeſ. Nihil mirabili⁹ in rebus humanis q̄ȝ diligere inimicos. Tertio ſm ſanctū Tho. ij. ij. q. clxxviij ar. j. Incarnatio verbi dei eſt miraculū miraculoꝝ. quia eſt via in om̄ibus miraculis ad alia miracula credēda inducens. ꝛ om̄ia pncipaliter miracula ordinant̃ ad hoc. Unde glo. ſup illud Pſ. Ut det illis hereditatē gētiuȝ dicit ſic. Hec fuit intentio miraculoꝝ que xp̄s fecit vt gentes crederēt. Et q̄a xp̄i dn̄i incarnatio fuit fundamentuȝ ꝛ finis miraculoꝝ tam in veteri q̄ȝ in noua lege factoꝝ. ergo omniuȝ mirabiliū mirabilius eſt deum incarnari. naſci eſurire: ſitire: fatigari: ꝛ inſuper mortē pati. O miraculū miraculoruȝ quis vnq̄ȝ vidit tale: aut quiſ audiuit huic ſimile. ꝙ creator fieret creatura. impaſſibilis paſſibilis: domin⁹: ſeruus diues paup. Ecce patuit ꝙ Auguſtin⁹ dicit creationē maius miraculū. conſiderans actū potentie. Ad creanduȝ enim requiritur potentia infinita. iuſtificationē vero impij dic̄ maius creatione ratione predicta. Pro quo notanduȝ ꝙ aliquid dicitur magnū ſm ſe conſideratū ſicut granum frumenti in quantitate. vel faba dicit̃ maximū compando ad ſibi ſimilia: reſpectu tamen collis dicit̃ minimū ita đ impij iuſtificatiōe eſt iudicandū. q̄ꝺ op⁹ dicit̃ maximū rōne p̄dicta. Chryſ. vo dic̄ aduerſa patienter tolerari maius miraculum propter eius raritatem. Alij vero incarnationem verbi dei dicunt maius miraculū tam dignitate q̄ȝ magnitudine q̄ȝ etiam vtilitate. quia alia om̄ia miracula quaſi extra deum ſunt facta per deuȝ. Incarnatio vero filij dei in dei perſona facta qua mirantur tam angeli q̄ȝ beati eternaliter. De his dicit Hugo. Res multis modis apparent mirabiles. aliq̄n ex magnitudine. aliq̄n ex puitate. aliq̄n quia rare. aliq̄n qꝛ pulchre. Et his oīb; mōis incarnatō ē mirabilior oīm alioꝝ. Un̄ Lyrā ſup. c. v. act⁹ aploꝝ. vbi đ2. vt veīēte petro ſaltē vmbra illi⁹ obūbraret quēqȝ illoꝝ dic̄ ꝙ ſi ꝯſiderēt̃ miracl'a ex pte ꝟtut̃ actiue vnū nō ē mai⁹ alio. qꝛ om̄ia ſunt

ꝟtute diuina infinita cū ſint opa ꝟtu tē nature excedētia. Si aūt ꝯſiderant ꝗntū ad rē factā ſic vnū ē mai⁹ alio. ſic̄ ſuſcitatio mortui maior eſt ꝗ̄ curatio leproſi. Sil'r ſi ꝯſiderent ꝗntū ad faci endi modū: ſic mai⁹ ē curare leproſuꝫ vel languidū verbo ꝗ̄ tactu. ꝛ magis p̱ vmbrā ꝗ̄ p̱ ꝟbū. Eſt eīm verbuꝫ ali/ qḋ ꝓcedēs ex hoīe habēs ꝟtutē. ſꝫ vm bra hoīs nihil ē ſꝫ ꝑuatio luciſ tm̄ ex in terpoſitōe opaci corpis. ꝛ ſic miracu/ lū iſto mō fuit mai⁹. Secūduꝫ du/ biū cui ꝟtuti poti⁹ attribuit̄ operatio miraculoꝝ. Ad qḋ rn̄det Rayne. ī ſū ma. ti. miraculū. c. v. ꝙ fidei potiuſ ꝗ̄ charitati vel alijs ꝟtutibꝫ. qḋ tali rōe ꝓbat. ſicut oppoſitū in oppoſito. ꝛ ꝓ/ poſitū in ꝓpoſito. Sꝫ oppoſituꝫ fidei ſcꝫ incredulitas xp̄i vel oīpotētie dei ī pedit opationē miraculoꝝ: vt dicitur Matth. xvij. vbi querētibꝫ diſcipulis ā xp̄o qre noſ n̄ potuim⁹ eijcere demo nē. Rn̄dit xp̄s. ꝓpter incredulitatē ve/ ſtrā. Sil'r Mar. ix. dixit xp̄s cuidam. Si potes credere oīa poſſibilia ſunt credēti. ꝛ iō multi fecerūt miracula ſi/ ne charitate: nō tn̄ ſine fide ſaltē infor mi. Hinc Matth. vij. dicit ſaluator. Multi mihi dicūt in illa die. domine dn̄e nōne in noīe tuo ꝓphetauim⁹ ꝛ in noīe tuo demonia eiecim⁹ ꝛ virtutes multas fecim⁹. ꝛ tūc ꝯfitebor illis. ꝗa nūꝗ̄ noui vos. Diſcedite a me oēs ꝗ opamini iniq̄tatē. O miſer hō nō affe ctes facere miracula vel p̄dicere futu ra cū ꝗbus potes dānari. ſed affectes charitatē verā: hūīlitatē: patientiaꝫ et alias ꝟtutes ꝗbus ſaluaberiſ. Naꝫ ꝓ/ phetare: demones eijcere: miracl'a fa cere: etiā ꝟtute diuīa nō eſt ei⁹ meriti ꝗ facit ſꝑ. ſed eoꝝ ꝗbꝫ vel corā ꝗb⁹ facit. Si dicas: mali nō poſſūt miracula facere habentes fidē informē. quia reſ mortua nihil pōt opari. ſed fides ſin e opibꝫ mortua eſt Jac. ij. Ergo mali ꝗ rū fides mortua ē p̱ pctm̄ mortale nō poſſunt facere miracula. Dicēdū ꝙ fi des ſine opibꝫ mortua eſt ꝗ̄tū ad cre/ dentē. nihilomin⁹ tn̄ res viua pōt ope rari p̱ īſtrumētū mortuū ſicut hō ope rat̄ p̱ ſecurim. Sic de⁹ opat̄ miraculū p̱ fidē hoīs pctōris tāꝗ̄ p̱ inſtrumētū mortuū. qḋ tn̄ nō eſt ad vtilitatē eius p̱ quē opat̄. Vn̄ dr̄. j. Cor. xiij. Si ha/ buero oēm fidē ita vt mōtes trāſferaꝫ charitatē autē nō habeā nihil mihi ꝓ/ deſt (expoſitor). Si habuero oēm: id ē ꝑfectā fidē. ita vt mōtes transferā: id ē transferri a deo impetrē. Sicut alexā der ꝗ habuit tantā fidē licet informeꝫ vt poſſet mōtes caſpios ꝯiūgere ꝛ iu/ deos intus includere. vt narrat Joſe/ phus. Et ſubdit. charitatē aūt non ha beā nihil mihi ꝓdeſt: ad acq̄rēdū vitā eternā. Jō dr̄ ī euāgelio hoc. Jeſus vi/ dēs fideꝫ illoꝝ dixit. Cōfide fili remit tunt̄ tibi peccata. ꝛ poſtea ſecuta ē ſa/ natio. Tertiū dubiū. an ſancti ali/ quid operent̄ in opatiōe miraculoꝝ. Ad qḋ rn̄det̄ ꝫm Lyrā ſup. v. c. Mar. ꝙ in miraculis opatis aliqḋ certū eſt ſcꝫ ꝙ miracula nō poſſunt fieri aliq̄ ꝟ tute tāꝗ̄ ꝑncipaliter agēte niſi virtute diuina: q2 opatio miraculoſa excedit totā facultatē ꝟtutis create. iuxta illḋ Ps. Qui facit mirabilia magna ſol⁹ Hoc etiā certū ē ꝙ ſancti viri ad mira cula poſſūt opari meritorie. q2 freq̄n/ ter exptuꝫ eſt miracula facta fuiſſe ad p̄ces ſanctoꝝ. Sꝫ dubiū eſt vtrū viri ſancti ī miraculis aliq̄n opati ſunt p̱ aliquā ꝟtutē in eis exiſtentē: ita ꝙ nō ſit illa ꝑncipalis rō agēdi. ſꝫ tm̄ inſtru mētalis: vt ſic deus tanꝗ̄ ꝑncipaliter agēs fecerit miracula p̱ ſanctos ſuos tanꝗ̄ p̱ quedā inſtrumenta. Et hanc queſtionē Aug⁹. xxij. de ciuitate dei re liquit inſolutam. vt enarratis mul/

ctis miracul' martyꝝ dic̄ ſic. Siue eni͂
de⁹ ꝑ ſeipm̄ miro mō q̄ res tp̄ales ope
rat̄ etern⁹. Siue ꝑ ſuos miſtros ita fa
ciat ꝛ eadē ipa q̄ ꝑ miſtros facit. Siue
q̄dā faciat eccl'ia ꝑ martyrū ſpūs. ſiue
ꝑ hoīes adhuc in corꝑe ꝯſtitutos. Si
ue de⁹ oīa illa ꝑ anglos q̄b⁊ inuiſibilit̄
immutabilit̄ incorꝑalit̄ imꝑat opeꝛ:
vt q̄ ꝑ martyres fieri dicūt̄ eis oratib⁊
tm̄ ꝛ īpetratib⁊ nō etiā opantib⁊ fiāt. ſi
ue alia iſtis. ſiue alia alijs modis q̄ſi
nullo mō a mortalib⁊ cōphēdi poſſūt
Beat⁹ ꝟo Gre. hāc q̄ſtionē determia
re videt̄. ij. lib. dyalogoꝝ ſic dicēs. Qui
deuota mēte deo adheret cū rex neceſ
ſitas expoſcit exhibere ſigna in vtroqꝫ
ſolēt vt miracl'a q̄ aliq̄n ex p̄ce faciant
aliq̄n ex ptāte. ſ. cōceſſa eis a deo. Ex h̄
ꝓbat ꝯſequēter rōe ꝛ exēplo. Rō autē
tal' eſt. cui ꝯcedit̄ illō qō eſt mai⁹ nō eſt
mirꝝ ſi aliq̄n ꝯcedat̄ qō eſt min⁹. ſꝫ ma
ior eſt ptās filios dei fieri etiā ꝑ adop/
tionē qō ſol' iuſtis ꝯcedit̄: q̄ꝫ miracl'a
opari qō etiā aliq̄n mal' ꝯcedit̄. ſed p̄/
mū ꝯcedit̄ hoīb⁊ ſctīs. Joh. j. Quotq̄t
aūt receperūt eū dedit eis ptātē filios
dei fieri. ꝫ ꝛc. Itē h̄ ꝓbat exēplo. q: Pe
trus ſuſcitauit thabitā orādo. Actu. ix.
Ananiā ꝟo et zaphirā morti tradidit
abſqꝫ orōe. ſꝫ ſolū culpā eoꝝ increpan
do. Act. v. ꝛ ſic videt̄ illō factū fuiſſe ex
aliq̄ ptāte ſibi ꝯceſſa a deo tāq̄ꝫ inſtr̄o
diuie iuſticie. Ad h̄ iducit̄ qō a ſanctiſ
doctorib⁊ de ſacris noue legis dr̄. vicꝫ
ꝙ efficiūt qō figurāt. ita ꝙ tāq̄ꝫ q̄dam
inſtrā diuie miſcōie agūt ad inductōꝫ
grē ipam inſtrumētalit̄ attingēdo vel
ſaltem ꝑ aliquā diſpoſitōeꝫ ad illaꝫ vt
charactere vel aliquē ornatū. ita ꝙ in
ſacris eſt aliqua ꝟtus ad efficiendum
mō p̄dicto. ꝛ tn̄ ſacra ꝯſiſtūt ī q̄buſdaꝫ
reb⁊ ſenſibilib⁊ ꝛ iō mlto forti⁹ videtur
ꝙ in aīab⁊ ſctōꝝ poſſit poni aliq̄ ꝟtuſ
diuinitus ꝯceſſa eis ī opib⁊ miraculo
ſis ꝑ modū p̄dictū. Cui cōſonat illud
Mat. x. vbi dr̄. Et ꝯuocat̄. xij. diſcipu
lis ſuis dedit eis ptātē ſpirituū imun
doꝝ vt eijcerēt eos ꝛ curarēt oīm lan/
guorē ꝛ oēm infirmitatē. Ex q̄b⁊ patet
q̄d ſit dicēdū. Quartū dubiū erat de
clarandū an xp̄s ſola ꝟtute diuia ꝑfe
cerit op⁹ miracloꝝ. Ad qō rn̄det Leo
papa in ep'la ad flauianū. Cuꝫ in xp̄o
due ſint nature. vna ſcꝫ eaꝝ eſt diuina
q̄ refulget in miracul'. altera. ſ. hūana
q̄ ſuccūbit iniurijs. ſꝫ ſola hūana na/
tura iniurijs ſuccūbit. ꝫ ſola nat̄a di/
uina in opib⁊ miraculoꝝ agit. iuxta il/
lud pſ. Qui fac̄ mirabilia mag̃ ſolus
Cui rn̄det Lyra vbi. ſ. ꝙ hec rō tenet
q̄ꝫtū ad h̄ ꝙ ſic hūanitas ī xp̄o fuit rō
patiēdi. ſic deitas ē rō ꝛ p̄ncipiū mira/
cula faciēdi p̄ncipalit̄. nō tn̄ tenet q̄ꝫtū
ad ſcōꝫ. q: nō repugnat hūanitati xp̄i
opari ad miracl'a ꝑ modū inſtrumēti
repugnat aūt deitati q̄litercūqꝫ pati
verūtn̄ rōe idētitat̄ ſuppoſiti idioma
ta cōmunicāt̄. q: ſic hec eſt ꝟa de⁹ paſ/
ſus eſt. ita hec ē ꝟa demōſtrato chriſto
iſte puer creauit ſtellas. vn̄ ly ſol⁹ non
excludit hūanitatē xp̄i tāq̄ꝫ inſtrum̄ta
liꝫ agentē ſꝫ tāq̄ꝫ p̄ncipal'r agēteꝫ. Un̄
dr̄ Mar. vj. ꝙ q̄cūqꝫ itroibat in vicos
vel in villas aut ciuitates ī plateis po
nebāt infirmos. ꝛ dep̄cabant̄ eū vt vl'
fimbriā veſtimēti ei⁹ tāgerēt. ꝛ quotq̄t
tangebāt eū ſalui fiebāt. Un̄ hūanitaſ
xp̄i eſt inſtrumētū ꝯiūctū diuinitati. ſic
man⁹ eſt organū ſeu inſtr̄m artificis.
hoīes aūt ſctī q̄ntūcūqꝫ alij nō ſunt ſic
ꝯiūcti diuinitati. ꝛ iō ſunt q̄ſi q̄dā inſtr̄a
ſepata deitatis. ꝛ adhuc pl⁹ ſepata ſūt
eccl'ie ſacr̄a. Un̄ ſi in ſacris inuenit̄ ali
qua ꝟtus effectiua: mlto mag̃ ī ſctīs
ꝛ maxie ī xp̄o ieſu q̄ vnit⁹ deitati ī vna
ꝑſona. q̄ eſt glīa nr̄a in deo maior om
niū creaturaꝝ dignitate tā angelis q̄ꝫ
hoīb⁊ q̄ dicebat in h̄ euāgelio. Quid ē

facilius dicere remittunť tibi pctā tua an dicere ſurge ꝛ ambula. Ut aūt ſciatꝭ qꝛ filiꝰ hoīs hꝫ ptātem in terra dimit/tendi pctā. tūc ait paralitico. Tolle lectū ꝛc. Scōm qꝫ documētū ex euāgelio declarādū dixi ſcribaꝝ rephenſionem cū dr. Cū vidiſſet ieſus cogitatōes eo/rum dixit. Ut qd cogitatꝭ mala in cor dibꝫ vr̄is. Ex q eīn ſaluator dixerat pa ralitico. remittuńť tibi pctā tua. Cogita bāt ſcribe ꝙ blaſphemaſſet. Blaſphe/mare aūt eſt creature attribuere illud qd eſt ꝓpriū dei. dimittere aūt pctā ſo/li deo ꝯuenit. ꝛ ſic ꝙ xpo blaſphemiaꝫ imponebāt in h ꝙ peccata dimittebat negabāt ipm eſſe deū dicētes eū purꝝ hoīem. Sꝫ xps oñdit ſe eē deū duplr̄. Primo qꝛ rn̄dit eoꝝ cogitatōnibꝫ qs cognoſcere certitudinalr̄ ſoliꝰ dei eſt p priū. Scdo h idē oñdit ſanādo paliti cum ꝑ iperiū tāqꝫ ꝓpriā ꝟtutē. quod ē eiuſdē ptātis ſic pctā dimittere. Unde ſubdit. Quid ē faciliꝰ dicere. q. d. eqlis ptātis ē vtrūqꝫ. vt aūt ſciatꝭ ꝛc. Alij eīn ſcti q faciebāt miracła iplorabāt diui nā ꝟtutē. xps ꝟo imꝑabat vt deꝰ. Un circa cogitatōes hoīm tria dubia de/clarāda notemꝰ. ſ.

Primū quō ſunt cognoſcibiles.
Scōm quō ſunt culpabiles.
Tertiū quō ſunt remediabiles.

A Primū dubiū declarandū circa cogitatōes hoīm dixi quō ſunt cogno ſcibiles. Ad qd rn̄det b. Tho. j. pte ſū/me. q. lvij. ar. iiij. ꝙ cogitatōes put ſūt future ab angelo vel demone aut ho/mine cognoſci nō pn̄t. imo nec ab ho mine cogitaturo plene future cogita/tiones cognoſcunť. qꝛ neſcit in futuro ſi cogitabit h vel illud. ex q volūtas ſe habet ad vtrūlibet. ſꝫ cogitatiōes cor/dis put ſunt pn̄tes duplr̄ poſſunt fie/ri. vel put ſunt in ſuo pncipio. vel put ſunt in ſigno. Primo prout cogitatio nes ſunt in ſuo pncipio. ſ. in intellectu ꝛ affectiōes in volūtate. ita ꝙ ex cogi/tatione nō reſultat aliqd ſignū exteriꝰ puta effectus vel motꝰ in corpe. Et ſic ſolus deus cogitatiōes cordis cogno ſcit. qd duplr̄ pbo. ſ. rōne et autoritate Primo rōe ſic. ille ſolus cognoſcit co gitatōes cui ſoli ſubiacent intellectus ꝛ voluntas rōnalis creature. ſꝫ ſolus deus eſt talis q immutare pōt volun tatē. iuxta illud Prouer. xxj. Cor regiſ in manu dei ꝛ qcūqꝫ voluerit vertet il lud. ſolꝰ deꝰ pōt tales cogitatōes co gnoſcere q ſolū ſunt i volūtate vel in/tellectu. Scdo h idē pbo auctē. Dr eīn Hiere. xvij. Prauū. i. pfundū ē cor ho minis ꝛ inſcrutabile. ꝛ qs cognoſcet il lud. Et ſubdit. Ego dn̄s ſcrutans cor da ꝛ renes. Et. j. Chor. ij. Quis eīn ſcit hoīm q ſunt hoīs niſi ſpūs hoīs qui i ipo eſt. Rō aūt huiꝰ. ſ. ꝙ nō cognoſcūt hoīes cogitatiōes duplex ē. Primo ꝓ/pter groſſitiē corpis. ꝛ hec tolleť i reſur rectiōe. Scda ꝓpť ſecretū volūtatꝭ ſua ſecreta claudētis. ꝛ hec manebit pꝰ re/ſurrectiōem: ita ꝙ ſi vult hō ſine loqla pōt manifeſtare cogitatōes ꝛ intētōes Si aūt nō vult nullꝰ pter deū pōt co/gnoſcere. O deꝰ magne qꝫ mirabiliter creaſti hoīm aīas. O qꝫ pfunde limi/taſti eius terminos. Scdo cogitati ones cordis ꝯſiderari pn̄t put ſunt in ſigno exteriori. ſ. put ex cogitatōib: re/ſultat aliqs effectꝰ vel motꝰ in corpe. ꝛ hoc mō interdū cogitatōes cognoſcū tur. ſicē a qualitate pulſus a medicꝭ co gnoſcunť aīe paſſiōes. ꝛ mlto magis ab angelo vel demone. Demon enim vidēs cor ſic vel ſic moueri ꝛ cerebrum ſic vel ſic fantaſias formare. ſtatim cō cipit ꝙ ille h cogitet tūc. vn̄ ipe ſtatiꝫ ſi ſint cogitatōnes bone conať ipedire. ꝛ ſi ſint male laborat accēdere ꝛ auge/re. Hinc ē ꝙ qnqꝫ vnicū ꝟbum nulliꝰ

reputatōis in ſe accēdit ꝛ ꝓcurat vt in de fiāt rixe: odia: dāna: detractōeſ: verbera ꝛ qñqꝫ mors. Jō dicit Aug. Diabol⁹ nō ē immiſſor malaꝝ cogitationuꝫ ſꝫ icētor. ergo aīa ſaluāda attēde ad tuaſ cogitatōes ꝛ ne cito mouearſ ad irā ex ſigꝰ vel aliq̄ vbo. ſꝫ differ ꝑ duos dies ꝛ videbis ꝙ a diabolo fuerit tā onero ſum. Scōm dubiū declarandū eſt quō cogitatiōes ſūt culpabiles. Rñdeſ ꝙ cogitatiōes male ſi ſint ad delectandū vel ꝑpetrādū. tūc ſunt tales q̄les ipa opa eſſent. de qbꝫ ſiūt cogitationes: puta ſi opus eſſet veniale pctm̄ tūc etiā cogitatio: vel ſi op⁹ eſſet mortale tūc etiā cogitatio. Jō dꝛ Prouer. xv. Abominatio dn̄i cogitatōes male Hic Hiero. Nūqꝫ vagis cogitatiōibꝫ pateas. q̄ ſi in aīo ſedeāt dn̄abunſ tui ꝛ te ducēt ad delictū maximū. Diabolus em̄ habet duplex rete. ſ. magnuꝫ ꝛ puū. ꝛ quē nō capit magnū: rēdit puū id eſt ſi cogitatōes multū turpes quiſ abominaſ. ſaltem leuibꝫ capit vt ptrahat ad maiora. Sicut puus latrūculus ꝑ feneſtrā mittiſ vt latronibꝫ maiorībꝫ feras aperiat: ita diabol⁹ puis cogitatiōibꝫ trahit ad maiora. Nam q̄ malas fouet in corde cogitatiōes q̄ſi funē nectit cū quo intereat. Vñ legitur in vitaſpatrū ꝙ qdā heremita do cū ſeruiſſet in multa abſtinētia: oꝛoni bus ꝛ hymnis. dn̄s tāqꝫ bn̄merito militi has remūeratōes parat vt cuꝫ neceſſitas popoſciſſet ingrediēs cellam panē mire ſuauitatſ ꝛ cādoris menſe appoſitū inueniebat. Tandē cogitationibꝫ ꝑ diuerſa ꝑcipitia rapientibꝫ reprobus ē effect⁹. ꝛ paulatim decreſcebat. ꝛ etiā panis ſpecies indies in deteriorē magſ ac magis tranſmutabatur. ꝛ cū nec quidē ſigno ſe emendare curarꝫ ſꝫ ſeculū reuerti ſtatuiſſꝫ. Lūqꝫ fatigat⁹ cellā q̄rūdā fratꝝ coact⁹ itraſſet petitiōibꝫ eoꝝ vict⁹ verbū doctrine eis ſeīare cōpulſus ē. Quibꝫ cū ſic de lubricſ cogitatōibꝫ ꝛ demonū inſidijs ſmōꝫ faceret itra ſe ꝯpūct⁹ cogitare cepit. Quō alios moneo ꝛ ipē decipior. Ualefaciēs fratribꝫ rapido curſu ſe in heremū vñ diſceſſerat dedit. videnſqꝫ celeſtis menſe beneficiū ꝑdidiſſe in cinere ꝛ cilitio cū lachꝛymis tā diu lugebat donec āgel⁹ aſſiſtēs diceret ei. Suſcepit de⁹ penitētiā tuā ꝛ repropitiat⁹ ē tibi. ſꝫ caue ne alſs decipiarſ. Jdeo dic̄ Grego. ix. moral'. Sic tinee ſine ſonitu penetrāt veſtimētū: ſic cogitatō mētē. Et Hiero. Ne dicas cogitaui et nō feci. hoc cogitare nephas qꝺ facere crimē ē. Tertiū dubiū declarādū quō ſcꝫ cogitatōes male ſūt remediabiles. Rñdeſ ꝙ reſiſtētia repētina. Vñ Hiero. Jlle laudaſ ille beat⁹ ꝑdicaſ q̄ ſtatī vt ceperit cogitare interficit cogitat⁹ ꝛ allidit ad petrā. petra aūt erat xp̄us.

Tertiū documētū ex euāgelio declarem⁹ populi deuotionē: cū dꝛ. Turbe aūt vidētes timuerūt ꝛ glorificauerūt deū q̄ dedit ꝛc̄. Et qꝛ tps breue ē ad declarādū. Glorificem⁹ igiſ ꝛ nos xp̄m q̄ cū pr̄e ꝛ ſpūſancto viuit ꝛ reg. ꝛc̄.

Dominica decimanona poſt penthe. Sermo. ciij.

Simile factū eſt regnuꝫ celoꝝ hoī regi q̄ fec nuptias filio ſuo ꝛ miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias ꝛ nolebāt venire Math. xxij. Uerba ſunt pijſſimi redemptoris animarum noſtrarū chꝛiſti. vbi ꝑabolice loquendo tria inſinuat. ſ.

Primo diuinā vocationē.
Secūdo vocatoꝝ indurationē.
Tertio induratoꝝ punitionē.

Dominica.xix.poſt pēthe.

Primo ſaluator inſinuat in iſta pa/rabola diuinā vocationē: cū dicit. Simile factū eſt regnū celoꝝ. Iſte rex eſt de⁹ pater q̄ ſuo filio fecit nuptias. tūc qn̄ in v̄gis v̄tro hūanitatē ſibi copulauit. ⁊ ad hui⁹ icarnatiōis fidē multos vocauit. vicȝ tā fideles q̄ȝ gētiles vt venirēt ad nuptias ꝑ fidē ⁊ epularent̄ ꝑ ſanctā ei⁹ ꝯuerſatōis imitationē. Vo/cat q̄ppe ⁊ nūc multiplicit̄. Aliqn̄ ꝑ internā inſpirationē. iuxta illō Pſ. Au/diā q̄d loq̄t in me dn̄s. aliqn̄ ꝑ exter/nā exhortationē ꝑdicatoꝝ. Luc.x. Nō vos eſtis q̄ loq̄mini. aliqn̄ ꝑ flagella/tionē. Gre. Mala q̄ nos hic ꝑmūt ad deum ire cōpellūt. aliqn̄ ꝑ cōminationē di. Pſ. Niſi ꝯuerſi fuerit̄ gladiū ſuū vibrauit arcū ſuū tetendit ⁊ parauit illū. aliqn̄ ꝑ bonoꝝ ꝑmiſſionē dicens illud Matth.xi. Uenite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiā vos. Secūdo ſaluator inſinuat vocatoꝝ indurationē di. Et noluerūt venire. q2 iudei nolebant ꝓphetaꝝ v̄bis credere ⁊ obedire. Iteꝝ miſit alios ſeruos q̄ de ꝓpinq̄ xp̄i incarnationē ꝑdi/carēt. vt ioh̄anē baptiſtā ⁊ xp̄i diſcipu/los. Luc.x. Mittēs in oēm ciuitateȝ et locū q̄ ipe erat ventur⁹. ⁊ illi ꝑdicabant eccl'ie ſacramēta q̄ſi prandiū patrū ꝑcipue corꝑis ⁊ ſanguinis xp̄i ſacramentū q̄bus reficit̄ aīa. tauri ⁊ altilia. i. ꝑ/cepta moralia. declarata ſūt et cōſilia ſupaddita Math.v. ſȝ illi neglexerūt ꝓpter cupiditatē ⁊ abierūt ali⁹ in vineam. i. ad q̄dlibet op⁹. ali⁹ ad negociationē. reliq̄ v̄o tenuerūt ſuos eius ⁊ cōtumelijs affectos occiderunt. ſicut iohannē baptiſtā. iacobū. ſtephanum ⁊ alios diſcipulos. Tertio inſinuat̄ induratoꝝ punitio: cū d̄r. Rex aūt cum audiſſet irat⁹ ē. i. ad modū irati ſe ha/buit ex iuſticia. ⁊ miſſis exercitib⁹ ꝑ tytū ⁊ veſpaſianū ꝑdidit homicidas iudeos ī hieruſalē: ⁊ ciuitatē eoꝝ ſuccendit. Tūc ait rex ſuis ſuis. Nuptie q̄dē parate ſūt. i. myſteria xp̄i ipleta ſūt. ſed q̄ inuitati erāt. ſ. iudei nō ſunt digni ꝓpt̄ ſuā incredulitatem. iuxta q̄d dixit eis Apl's Act.xiij. Uobis oportebat primū loq̄ verbū dei. ſȝ q̄m repellitis illud ⁊ idignos vos iudicatis eterne vite. ecce ꝯuertimur ad gētes. Un̄ ſubdit̄. Ite ḡ ad exit⁹ viaꝝ. i. ad diſpſionē gētiū ⁊ q̄ſ/cūq; inuenerit̄ vocate ad nuptias. q2 nulli volēti fides xp̄i ē neganda. ⁊ iplete ſūt nuptie decūbentiū. i. fides diffuſa eſt ꝑ orbē vniuerſū. Intrauit auteȝ rex vt videret diſcūbētes. i. merita ⁊ demerita diſcernēdo: ⁊ h̄ ī morte vel ī iu/dicio. ⁊ vidit ibi hoīem nō habētē veſtē nuptialē. i. charitatē q̄ ſm̄ Grego. dicitur veſtis nuptialis. q2 ea indut⁹ xp̄s ad nuptias venit qn̄ ex charitate icarnari voluit. Un̄ ſeq̄t̄. Amice quō huc intraſti nō habēs ⁊c. At ille obmutuit ꝯſciētia arguēte. Tūc ait rex angel' miniſtris. Ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ mittite in tenebras exteriores ibi erit flet⁹ ⁊ ſtridor dētiū. Multi eñ ſūt vocati ad fidē. pauci v̄o electi ad gl'iam. Circa q̄d tres notem⁹ articulos in p̄nti ſer/mone ꝑtractādos.ſ.

Primū de ſaluādoꝝ cognitiōe. ibi Multi ſunt vocati.

Secūdū d̄ dānandoꝝ afflictōe. ibi Ligatis manib⁹.

Tertiū de pſcitoꝝ ꝑditiōe. ibi. Iteꝝ miſit ⁊c.

B Primū articulū dixi q̄ ꝑtracte/mus de ſaluādoꝝ cognitōe. quō poſ/ſet q̄s ſcire ſi ē de nūero electoꝝ vl' nō. Ad h̄ dic̄ Tho.j.ij.q.cxij.ar.v. q̄ null⁹ pōt h̄ ſcire certitudinalit̄ niſi ſibi eēt reuelatū ſupnaturalit̄. ſicut btō franci/ſco ⁊ apl'is teſte ſaluatore. In hoc inq̄t gaudēte q2 noīa v̄ra ſcp̄ta ſūt in celis. Jō Paul⁹ dicebat Ro.viij. Quis nos

